

9

1793,2.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

NATURA ET INDOLE  
TESTAMENTI CORRESPPECTIVI.

QUAM

ADIECTA EXPOSITIONE EORUM,

QUAE HAC DE RE LEGUNTUR

IN CORPORE FRIDERICIANO,  
SUB AUSPICIIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

# GUiliELMI IX.

HASSIAE LANDGRAVII REL.

ILLUSTRIS FACULTATIS IURIDICAE  
INDVLTU

PRO RITE CAPESSENDIS SUMMIS IN UTROQUE

IURE HONORIBUS

AD DIEM XIX. OCTOB. CIOCCXCHI.

PUBLIC E DEFENDET

A U C T O R

HENR. LUDOV. CHRIST. BOETTGER,

CASSELLIS - HASSUS.

defensamque Celeberrimo et Consultissimo Auflandio offert.

MARBURGI CATTORUM

TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

CHRISTIANITATIS LAVACRUM ET MERICIO

ANNO 1525. TYPICUM  
IN SEQUITUR. CANTUS. BASSUS. ALIAS.

ALIAS. TENOR. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.  
ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS. ALIAS.

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

JOANNI PHILIPPPO FRANCISCO  
A FLECKENBÜHL D. BÜRGE<sup>L</sup>

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI HASSIAE LANDGRAVII  
STATUS ADMINISTRO INTIMO, SUPREMI APPELLATIONUM TRIBUNALIS  
PRAESIDI, ACADEMIARUM HASSIACARUM CURATORI, AUREI  
CATTORUM LEONIS ORDINIS EQUITI CET.

PATRONO LITTERARUM LITTERATORUMQUE  
COMMUNI,

QUALESCUNQUE HAS STUDIORUM  
SUORUM PRIMITIAS  
SUMMA, QUA PAR EST,  
REVERENTIA ET DEMISSIONE  
DAT, DEDICAT, CONSECRAT.

UNIVERSITATIS ALERE IN LIBERTATE LIBERIS  
LIBERIS LIBERTATIBUS LIBERIS, OMNIBUS LIBERIS  
REUA, MOTUANUS MOTUANARUM MOTUANARUM, OMNIBUS  
PES ITUOS PESITOS ZIGORE ZIGOTTAS

CULTOR OBSERVANTISSIMUS  
AUCTOR.

## C O N S P E C T U S.

### I N T R O D U C T I O .

*Occasio scribendi.* §. 1.

*Instituti ratio.* §. 2.

*Notitia litteraria.* §. 3.

### P A R S G E N E R A L I S .

*Exponitur id, quod inter se inter testamenta mutua, simultanea, reciproca,  
et correspactiva.* §. 4.

*Quid sit testamentum unum?* §. 5.

*Nonnulla de testamentis mutuis in genere.* §. 6.

### P A R S S P E C I A L I S .

#### S E C T I O P R I M A D E T E S T A M E N T O S I M U L T A N E O .

*Num licitum secundum Jus romanum?* §. 7.

*Inquiritur in personam testatoris et hereditis, et in revocandi  
licentiam.* §. 8.

#### S E C T I O S E C U N D A D E T E S T A M E N T O R E C I P R O C O .

*Quomodo testamentum reciprocum oriri queat?* §. 9.

*Principitis Iuris Romani non adversatur.* §. 10.

a) ob verba SCri de captioris institutionibus. §. 11.

b) ob L. 19. C. et Novell. 4. Valentinianni III. de testa-  
mentis. §. 12.

c) Ob exempla mortis causa donationum mutuarum expressa,  
et Harrenopoli verba. §. 13.

4

---

*Testamentum reciprocum etiam ex principiis Juris Romani non egreditur naturam ultimae voluntatis.* §. 14.

*A quibus, et quomodo componi queat testamentum reciprocum?* §. 15.  
*An revocari possit?* §. 16. *Continuatio.* §. 17. *Conclusio.* §. 18.

#### SECTIO TERTIA DE TESTAMENTO CORRESPPECTIVO.

*Connexio et dicendorum ordo.* §. 19.

*Actus correspективus.* §. 20.

*Doctrinae de testamento correspективis historia usque ad Harpprechtum.*  
§. 21.

*Harpprechtus.* §. 22.

*Hervel, Kortholt, V. perill, Pütter, Decisiones Hasso-Cassellanae.* §. 23.  
*Definitur testamentum correspективum.* §. 24.

*Convenit cum Jure Romano.*

a) quia non invenerit apud Romanos nexus correspективus. §. 25.

b) quia est ultima voluntas. §. 26.

c) et rationes decidendi, quibus in dijudicando testamento correspективo utimur, depromuntur ex Jure Romano. §. 26.

d) ob ipsam argumentorum dissentientium refutationem. §. 27.

e) et denique ob Juris nostri analogiam. §. 28.

*Voluntas testatorum sit correspективus; et quidem vel expresse declarata.* §. 29 - 32.

*vel tacite* §. 33 - 35.

*Agitur de confirmatione testamenti correspективi ejusdemque effectu.* §. 36.  
*et speciatim de licita vel illicita ejus revocatione.* §. 37 — 39.

*Adjicitur brevis expositio eorum, quae de testamento correspективis leguntur in Corpore Fridericiano.* §. 40.

---

§. I.

*Occasio scribendi.*

Nonnullas ICtorum de testamentis lucubrationes quicunque accurata mente inspererit, hujus diligentiam profecto non effugiet genus quoddam testamentorum, peculiari nomine, ut a *testamentis mutuis, simultaneis vel reciprocis* dignosci statim queat, *correspective* felicitate insignitum. Verum enim vero, tametsi me haud fugiat, fuisse, qui in illustranda hujus testamenti indole, et in explicando quo interest inter plura haec testamenta, operam suam industriamque collocauit, ego tamen, cum non omnia pro dignitate excussa esse sentire, et ipsum LEYSERUM aliquos magni nominis viros, indolis hujus testamenti ejusque nominis prorsus ignaros reprehenderem, et denique, Interpretes de hac doctrina quam maxime inter se discrepare animadverterem, nullus dubitavi, quin operae pretium sim facturus, si anceps hoc argumentum ex instituto nunc prosequi, et quid juris circa illud sit, e legibus, quibus utimur, eruere et accurati evolvere, pro viribus anniterer.

Tantus autem in hac doctrina deprehenditur ICtorum dissensus, quantus animo vix concipi potest. Sunt enim inter hos, qui non solum aliis, sed sibi ipsis saepissime, praesertim quoad nomina obloquuntur a), sunt, quorum numerus frequentissimus est, qui *reciproca* appellant *simultanea* b) et *reciproca mutua* simpliciter c), hinc etiam naturam testamentorum *simultaneorum* et *mutuorum* admisceant naturae testamentorum *reciprocorum*, et vice versa; qui, quod aliis *reciprocum* est, *correspondivum*, et, quod aliis *correspondivum* est, vocent *reciprocum*; qui *correspondiva* et *reciproca* esse synonymous, et omnium testamentorum *reciprocorum* qua-

lita-

a) SPISIUS mox citandus th. 9.

D. MEVIUS Decis. 148. Parte IX.,

b) ULR. HUBER in Prael. §. c. p. 1270. edit. Atiae,

HUBER. c. p. 1279. A. ALEYSER in meditat. ad P. Specim. 359. m. 3. 4.

litate, *correspectivam* esse dictitent d). Carbone alii testamenta *mutua* notant, vel tantum inter conjuges licite confici credunt e); alii testamenta *reciproca* pactis exaequant successoriis f); alii vel saltem pacta tacita sunt, unicuique vi *mutuae* dispositionis jus enasci quaeſitum narrant g). Sunt denique, qui haec omnia testamenta SCto de captatoris institutionibus adversari putent h).

Incongruam esse illorum testamentorum permixtionem et proscribendam, inter omnes primus ostendit FERD. CHPH. HARPFRECHT peculiari diff. eruditissima i); sed in totum dispellere nubem hand potuit.

### §. 2.

#### *In ſtituti Ratio.*

In demonstrandis his hanc viam sum ingressurus, ut praemissa notitia litteraria primum ostendam, quale inter haec testamenta intercedat differimen, et quam quodque nitatur ratione. Expositis deinde iis, quae omnibus his testamentis sunt principia propria, de singulis his testamentis ſigillatim, et prima quidem ſectione de testamento *ſimultaneo*, altera de *reciproco*, et tertia de *correspectivo* verba faciam. Denique in singulis ſectionibus preeprimis de convenientia inter principia Juris romani et haec testamenta, deque horum revocatione licita vel illicita agam; in calce autem ſectionis tertiae exponam ea, quae de testamentis *correspectivis* leguntur in corpore Fridericiano,

### §. 3.

#### *Notitia litteraria.*

Liceat mihi, ante ipsius differiminis expositionem, cum in LIPENII *Bibliotheca et Supplementis* a SCHOTTIO et SENKENBERGIO editis, non omnes reperiantur, et fejuncti

d) E. L. MÜLLER mox citand. §. 15. 21.

g) SCHAUMBURGIUS ad *Struvium Lib. 2.*

e) ZACHAR. HUBER in *Observationibus.*

tit. IC. aph. 3.

P. I. p. 347. et P. II. p. 53.

h) ANT. FABER in *Codice Fabriano Lib.*

f) HENR. DE COCCUL in *Exercit. curiosis.*

VI. tit. V. def. 18 et 19. 5 cf. quoque LEY-

Vol. I. p. 343. N. WOLPMANN m. c. §. 4.

SERUS Spec. 376. med. 7.

et 6. et G. TITIUS in *Mollenbeccii Thesaur.*

J. c. pag. 1122.

i) cf. sequens §. 3. n. 2.

sejuncti a re proposita adducantur, brevem subjecere catalogum eorum, qui de mutuis, reciprocis, vel correspективis testamentis litteris aliquid mandarunt. Fauent in his nonnulli Germaniae moribus vetustis impense prae legibus Romanorum, indulgent alii Juri Romano summiopere prae Germanorum ritibus; *Romanizantes* hos, *Germanizantes* illos, nescio an eleganter, accurate tamen vocat HOMMELIUS.

Micellio tutissimus ibit.

*Scriptorum Summa haec est:*

1. PETRUS PECKIUS in Academia Lovaniensi quondam Antecessor de Testamentis Conjugum. Colon. Agripp. 1665, 8vo, pluries recusus. Exstat quoque in Operibus Antwerpiae fol. editis 1647. pag. 484.
2. SAM. FRID. WILLEMBERG, Diff. de Testam. conjugum reciprocis. Fran. Erfurti 1700.
3. FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT, Diff. de Testamentis Correspективis. Tubingae 1702, in Dissertat. Academicis. Vol. I. pag. 1402.
4. J. S. STRYK, Diff. de Testam. conjug. recipr. Halae 1702. et in ejus Collect. Dispp. n. 23.
5. HENR. BOECLER D. de Testam. mutuis in una charta. Argentor. 1711.
6. FERD. CHR. HARPPRECHT, D. de reciprocis inter conjuges sed coacci testamenti revocatione. Tubing. 1712, in Diff. Acad. pag. 1593.
7. J. PHIL. STREIT, D. de Testam.
- conjug. recipr. earumque revocatione. Erfurti 1713.
8. ERNEST. TENZEL, Progr. de Testam. conjug. recipr., ibique blanditiis non prohibitis. Erfurti 1723.
9. J. L. FREUND, D. de Testam. conj. reciproco. Argentor. 1725.
10. THEOD. FÜRSTENOW, D. de mutuo conj. testamento. Rintelna 1729.
11. J. A. SPISIUS, D. de Revocatione testament. imprimis recipr. Altorfi 1733.
12. GOTHOFF. HENR. ELEND de Testam. reciproco, ejusque usu in civitatibus Holstonicis. Kilae 1737.
13. CHRISTOPHORUS LUD. CRELL, de sermone maritali cum uxore testamenti faciendi causa, Viteb. 1739, et in ejus Dissertat. junctim editis Fascic. V.
14. NICOL. WOLPMANN, D. de vera indole test. conj. reciprocis secundum statuta Hamburgensia. Altorfi 1746.
15. FRANC. JUST. KORTHOLT, Comentatio de Divisione Par. int. lib.

- 8
- correspsectiva ejusque apertura secundum Reformat. Francofurensem. Giffae 1749. ibidem recusa 1774.  
 16. CHRIST. WILDOGEL, D. de Testam. holographo recipr. Jenae 1755.  
 17. ERNEST. LUD. MÜLLER, de Testam. conjug. mutabilitate. Götringae 1760.  
 18. CAR. FERD. HOMMEL, Progr. Mor tuo uno coniuge testam. reciprocum ex parte superstitis illico fit substitutum ac omnino invalidum. Lipsiae 1764. in Rhapsod. Quaestio. a. C. A. ROESSIG edit. Vol. I. pag. 243.
19. CHR. HENR. BREUNING, Progr. An testam. conj. reciprocum superstitioni adimat liberam testandi facultatem. Lipsiae 1766.  
 20. FRID. GOTTL. ZOLLER, D. de Testam. Conj. reciprocō, Lipsiae 1773.  
 21. J. A. BARTHEL, D. de Testam. conj. reciproco. Lipsiae 1775.  
 22. F. G. ZOLLER in Obs. practicis quas defendit C. KÖHLER. Lips. 1780, in Obs. I. sic inscripta: Testamentum conj. reciprocum ab una parte revocari potest.

Cum Scriptorum multa sit manus, omnes inspicere mihi non contigit; quosnam perlegerim, infra vides esse adductos.

## PARS GENERALIS.

### §. 3.

*Exponitur id, quod inter Testamenta mutua, simultanea, reciproca et correspsectiva.*

Ante vero quam mean hac de re qualemcumque sententiam in medium proferre fas erit, quid sentiant alii, brevibus proponam, Omnes ICti ante HARPFRECHTUM promiscue his nominibus utuntur, iisque diversas non raro tribuunt nomenclationes; HARPPRECHTUS a) autem et qui cum secuti sunt, verborum Imperatoris: *commodius esse*, *singulas causas singulis distingui appellationibus b)*, non immemores, testamentum correspективum a duobus aliis distinguunt.

Dari

a) Diff. laud. num. 24. sqq.

b) §. 5. 3. Quib. mod. testam. infirm.

Dari primum dicunt testamentum: *quod a duobus seu conjugibus seu fratribus seu sociis, eodem in loco, praesentibus iisdem, judge, Notario vel testibus, uno quasi momento seu actu continuo conficitur; deinde aliud: quo duo simul testantes vel se ipsos invicem universaliter aut particulari titulo honorant, vel cognatis utriusque, aut alterius, post obitum ultime morituri benigne provident; et denique aliud: quod a duobus vel pluribus, sive eodem actu, sive separatim eo modo conficitur, ut vel ex verbis expressis, vel valde urgentibus circumstantiis adpareat, quod altera pars de suis bonis ita non disponuisse, nisi altera quoque de suis facultatibus ordinatam voluntatem, vel adhuc ordinandam, immutatam reliquerit, ac proinde, si altera ex posse facta eam revocet, illa etiam ab altera pro revocata haberi debeat.* Prius vocant testamentum *mutuum*, alterum *reciprocum*, et tertium denique *correspondivum*.

Retinere hanc discriminis explanationem, vix a me impetrare potui, cum, quia sint sane nimis prolixae definitiones ipsae, tum, quoniam definitio prima me judge non satis respondeat testamento *mutuo* et quia hoc testamentum, duplii veniat apud Interpretationem, *mutui* puta et *simultanei*; qua ex re confusiones oriri, nemmo diffitebitur. Ego rem, de qua agitur, accuratius evolvi sequentibus pro certo habeo,

Inter testamenta hodierna quae componuntur, sunt alia, quae ad aliud testamentum respiciunt, alia, quae nullum ad aliud testamentum habent respectum. Illa, vt ab his distinguantur, *MUTUA* vocari possunt; deficit enim aliud nomen, quod usui loquendi magis respondeat. Haec testamenta mutua itaque genus constituent omnium eorum, quae ad aliud quoddam testamentum respiciunt, et haec sola qualitas efficit, ut peculiari gaudent nomine. Ante omnia autem notandum id erit; testamentum tale mutuum nunquam cogitari posse, sine alio testamento, cum quo ulla ratione deinde expponenda est coniunctum. Supponit itaque testamentum mutuum omne *duos testatores* et *duo testamente inter se conjuncta*, ut conjux conjugem, patrem filius supponit. Genus hoc testamento rum mutuorum tribus potissimum resolvitur speciebus, quae omnes habent quoddam vinculum, et quasi cognatione quadam, ut ita dicam, inter se continentur.

Testamentum mutuum conficitur I) vel *uno eodemque actu* testandi; hoc *Simultaneum* vocatur. Exactius enim ita appellari puto, quam si *mutuum* vocaveris, quia jam vox ipsa: *simultaneum*, aliquid, quod simul sit, indigitare videtur.

Nulla autem in hoc testamento institutionis ab alterutro factae habetur ratio. II) vel continet duo testamenta, quibus reflector uterque in alterius vel ejus coniugatorum amicorumve favorem de hereditate disponit. Quando autem ad rationem, qua commoti testatores in favorem alterius disponunt, respexeris, (enim non de nihilo esse, respicere ad hanc rationem, quod negligunt Doctores, infra videbis) duplex iterum oritur testamentum. Disponunt ita 1) vel ob solam reciprociam amicitiam, reciprocumque amorem, horum testamentum jam vocatur Reciprocum; 2) vel ob solam alterius dispositionem, hoc Correspективum audit. In reciproco uterque ob reciprociam amicitiam alterum honorat, ita ut licet proorsus non exstet alterius dispositio, tamen in favorem alterius disponuisse. Secus in correspективo; ibi enim ratio, cur alterutra oritur et sustinetur dispositio, haec sola est, quia altera dispositio ab altero vel jam concocta est, vel adhuc conficietur. Subest quidem in correspективo amor quidam, non autem ita comparatus, ut is solus testatorum utrumque moverit ad testandum, ut in reciprococo.

Sed antequam huic rei colophonem addam, notari meretur, haec testamenta, unico, duplici, interdum quoque triplici respectu inter se esse conjuncta, ergo duas, etiam tres appellationes in easdem tabulas convenire posse; sed nunquam de necessitate. Quae cum ita sint, testamentum simultaneum esse potest, licet nec reciprocum nec correspективum sit, et vice versa testamentum reciprocum non de necessitate correspективum vel simultaneum, nec correspективum necessario reciprocum vel simultaneum esse debet. Ex his itaque elueat, quid sit testamentum mere simultaneum, mere reciprocum, mere correspективum. Plerumque, haud inficio, testamento uni vel alteri insunt plures relationes, ita ut v. c. testamentum reciprocum plerumque etiam simultaneum sit, sed unum sine altero cogitari non posse, dissidente. Clariora haec omnia evident infra.

### §. 5.

#### *Quid sit, testamentum unum?*

Blaterare primo intuitu forsan videor, dum, quis sit sensus verborum: testamentum esse unum, enucleare apud me constitui. Sed cum diverso respectu testamentum

mentum *unum* esse possit, quod saepius negligunt Interpretes, indeque diversa jura dependeant, omnino haec expositio in rem nostram erit.

Testamentum unum esse potest, primum, quia *unus* adest *testator*, *una hereditas*; dein, quoniam de duabus hereditatibus *uno actu testandi* disponitur; porro, quod cum *alio quodam testamento simul vel consilit vel evanescit*, et denique, quia duobus testamentis *unum idemque tribuitur nomen*. Sic itaque ultima voluntas patris pupillariter substituentis\*) alio respectu duo continent testamenta, alio unum. *Una* est ultima voluntas, quia *unus* tantum appetet *testator*, filius impubes enim testari nequit, et testamentum pupillare cum testamento patris regulariter vel consilit vel corruit, et denique in eo conficiendo una sufficit unitas actus. *Duae* sunt, cum revera adsint *duae heredis institutiones* et *duae hereditates* e) *duae necessariae* sunt additiones, mortemque duplarem patris nempe et filii exspectare debeamus.

Quae omnia cum ad doctrinam nostram applicare cupias, id certum est, omne testamentum mutuum *unum* esse ratione nominis d), duo vero ratione testatorum et hereditatum. Simultaneum itaque *unum* est ratione nominis et actus testandi, duo complectentur si respicias ad testatores, quorum quisque de suo patrimonio disponit, et ad valorem, *unum* enim sine altero potest infirmari et valere, immo tria comprehendere potest, quando tres adsunt testatores e), sed tamen *unum* est ratione actus testandi. Reciprocum *unum* vocatur ratione nominis, duo vero complectentur ratione testatorum, actus testandi f), et valoris; suis quodque enim nititur viribus, rumpiturque mendis. Correspondivum denique continent *duo ratione testatorum* et

B 2

actus

\*) Cf. GODOFRI, LUDOU. WINCKLER in Diff. *Substitutione pupillaris vel quasi, testamentum duplex*. *Lipf.* 1788.

e) Id vel ex eo intelligitur, quod substitutus, si impubes paterna hereditate sese abscondit, paternam ex vulgari substitutione sibi delatam, repudiare, hereditatem impuberis vero adire possit.

f) Hujus verbi haec mens est; supponit

quidem omne testamentum mutuum duo testamenta, sed complectuntur uno singulari nomine.

e) VLRICUS HUBER *I. I. pag. 1270 §. 19.*  
in *f. et BARDILI de revocatione ultimar. voluntat.* *Tübing.* 1746. §. 29.

f) Errare HOMMELIUM credo, in Obs. CLXVI et DLIX *Rhapsodiae Quæst.* testamentum reciprocum ratione solemnitatum externarum *unum* videri afferentem.

actus testandi, *unum ratione nominis et valoris; subsistere enim correspondivum sine suo correspondivo non potest* g).

Ex his omnibus sequitur, ut haec dicere necesse habuerim, nec ideo actum egerim.

### §. 6.

#### *Nonnulla de testamentis mutuis in genere.*

Sunt in his, quae testamentis mutuis tanquam propria tribuuntur, quaedam omni testamento communia, quaedam singulis hujus speciebus peculiaria. Illa hac sexta sp̄ho tradam brevibus positionibus, haec sequentibus sp̄his.

1. Omne Testamentum mutuum in Corpore Iuris romani *explicite ignoratur, implicite autem ei inest, quia principiis illius haud aduersatur.*
2. Omne testamentum mutuum *ultima voluntas est* h), ergo ex principiis juris romani dijudicandum.
3. Supponit ad minimum duos testatores, quorum uterque de suo peculiari patrimonio disponit i).
4. Frequentatur quidem inter Conjuges hujusmodi testamenti *confectio*, sed etiam alios quoscumque licet nullo praecipuo vinculo junctos, condere tale posse, docet rei natura et usus.
5. Testamentum mutuum omne, esse vel publicum vel privatum, et hoc solenne vel minus solenne, non abhorret ab eorum indole.

6. In-

g) HARPPRECHTUS l. c. fere per totum et KORTHOLTIUS l. c. §. 5.

h) Effe pactum successorum contendunt WOLFMANNUS, TITIUS, STRYK ET LEYSERUS locis citt.; at qualis opinio!

i) Fac autem maritum tam de suis quam exoris bonis ad communem liberorum utilitatem testamentum effe, et hoc testamentum a uxore esse subscriptum; BERLICHUS ait in

Decif. aur. d. 92, adesse *contrarium* ex parte vxoris, quia subscriptisset, ex parte mariti autem *testamentum*. Ita quoque sentiunt D. COVARRUVIAS A LEVVA in Rubr. extr. de Testam. P. II. n. 21., PECKIUS l. c. et ZOLLER in Obs. pr. cit. Quibus adstipulari, tamen nondum potui a me impetrare. Adiunt duo testamenta, holographum unum, allegraphum alterum.

6. Infirmatur etiam iisdem modis, quibus reliqua.
  7. Qua inter se continentur relatione testamenta mutua quibus inest heredis institutio directa, eidem relationi inter reliquas ultimas voluntates (codicillos, mortis causa donationes, aliasque) locus est.
  8. Testamentum mutuum omne vivo altero, quamvis invito, ab altero revocari potest.
- 

## PARS SPECIALIS.

### SECTIO PRIMA.

#### DE TESTAMENTO SIMULTANEO.

##### §. 7.

##### *Num licitum secundum jus romanum?*

TESTAMENTUM SIMULTANEUM, est testamentum mutuum, quod uno eodemque actu testandi componitur. Per se intelligitur, hoc publica et privata auctoritate, solenni vel minus solenni modo, scriptis et sola nuncupatione perfici posse. Diversorum itaque testatorum diversae dispositiones in iisdem tabulis conscriptae, Principi vel judici oblatae, sunt testamentum simultaneum publicum; si vero horum dispositiones a diversis illis testatoribus coram iisdem septem testibus aetate continuo viva voce declarantur, testamentum adeo simultaneum solenne nuncupativum; si denique in iisdem tabulis conscriptae ab iisdem septem testibus subscribantur et subsignentur, habes testamentum simultaneum solenne scriptum.

Primum nobis haec quaestio occurrit: fueritne hic testandi modus Romanis prorsus ignotus? Non videtur.

Exstat

Exstat enim in legibus antejustiniianeis testamenti simultanei exemplum satis arduum in Novella quadam Valentiniani III. k) ubi narrat: „*Leonium l)* Virum spectabilem et uxorem iucundam caritate vicissim certasse, jus liberorum fuisse simul precibus poposisse, et eorum testamentum in unius chartae volumine conditum, septemque testium subscriptionibus roboratum, obtulisse. Huic testamento nos, ait „Legislator, aeternam tribuimus fidem.” Exemplum profecto, quo clarius nullum, et maximi momenti, cum unica haec constitutio supersit, quae expressis verbis de testamento simultaneo loquitur. Lugeo autem defectum commentarii ad hanc legem iis similis, quos luculentissimos in Codicem Theodosianum nobis reliquit *¶ 1a* IACOBUS GOTHOFREDUS.

Res itaque salva est quoad tempora antejustinianea; sed numne impingat in Leges a Iustiniano nobis relietas testamentum simultaneum? altera est quaestio. Expressum exemplum hae nobis non suppedant; qui factum sit, ut TRIBONIANUS Novellam Valentiniani III. dudum a me adductam Codici Iustinianeo non inseruerit, hac disquisitione supersedeo: sed nec contrarium expresse faniunt. Agitavit haec res FR. HOTOMANNUM, VIGLIUM ab AYTA, (a patria Zuichemum dictum) ARNOLD. VINNIUM, nec non ULR. HUBERUM, omnes ad finem Tit. *J. de Testam.* ordinand., ita ut negative eam decidant. Corrumpi enim dicunt subtilissimum testa-

*k)* Cf. *Tit. IV. Legum Novellarum Divi Valentini. III. de Testamentis Lib. II. apud J. GOTHOFREDUM in Cod. Theodo. Tom. VI. Part. II. in append. edit. RITTERI.*

*f)* CORN. v. BYNKERSHOEK in *Traill. Egypt. institut.*, LEONTIUS se alias scribit videlicet ait, idem testatur ALCIATUS in *Papyrus Lib. II. c. 31.*, CRELLIUS in *Obf. ad fr. 3. D. si quis aliquem testari prohib. th. 2.*, F. CHPH. HARPRECHT de *Testam. corresp. §. 17.*, et in *Diff. de reciproci sed coacti test. revocatione n. 56*, ubi vero L. I. C. Th. de *Testam.* adducit, quae lex de Leontio nulla verba facit. In hanc opinio-

nem hoc assertum summae auctoritatis virorum me abduxit: *Leonium nostrum forsan esse illum I<sup>CT</sup>um clarissimum LEONIUM qui Theodosii II. temporibus Constantinopoli ius civile profectus est, et primus comitiam primi ordinis meruit, ibique Praefectus Urbis fuit.* Constitutiones Theodosianae saepius hujus Leontii faciunt mentionem, ut *C. un. de Profess. qui in V. C. docent, C. 3. de Fru- mentis Urb. Conf.*, *C. 9. de Princip. agent.*, et *C. ult. de Hereticis.* Cf. HEINECCUS in *Histor. Iuris et Bachius ibid. pag. 567.* Habemus alium *Leonium Philosophum Atheniensem*, qui filiam *Eudociam Ephesino Legislatori collocavit,*

testamenti negotium admissa illa diversorum testamentorum conjunctione, et quidem ex eo, quod totum uno contextu absolvit debeat, nec extraneos actus intervenire patiatur. Ego vero non corrumpi unitatem actus puto. Unitatem actus adesse dicimus; quando durante actu testandi nullus actus intermiscentur alienus *m*; his actibus alienis accensentur imprimis contractus, non autem actus unilaterales ex parte testatoris suscepiti *n*. Ut autem dijudicare possimus, unitatem actus ruptam esse vel observatam: momentum illud facere nos oportet, quo incipit, et quo finitur. In testamento nuncupativo, incipit; quando rogit testes testator, ut audiant suam voluntatem; finitur, finita ipsa testatoris declaratione. In testamento scripto, incipit; si testator testes rogit, ut voluntatem suam subscrivant et subsignum; finitur, quando testis ultimus subsignavit. Fac itaque jam antea voluntatem utriusque iisdem tabulis esse conscriptam, et unum vel tertium quandam nomine utriusque testatoris praesentis dicere: hanc esse utriusque voluntatem; et sic subscriptiones testium sequi eorumque subsignationes; tunc ne ex rigore juris quidem illa continuitas rupta videtur *o*). Nec Iuri romano adversatur, quod septem testes duplum repraesentare possint personam, ideoque instrumentum, duorum ultimas voluntates comprehendens, ita subscribere valeant: *N. N. als von beyden Testatoren gebetene Zeugen.*

Argumentum alii *Fr. 20. D. de V. et P. S.* inesse credunt, quo diversorum testamentorum licitam conjunctionem probare queant. Sed diversissima adest ratio quoad testamentum patris pupillariter substituentis; ibi enim unus tantum appetit testator, duos vero vides in testamento simultaneo.

Sufficiant haec de Iure Iustinianeo. Praebet etiam Jurisprudentia romana novissima testamenti simultanei exemplum. Occurrit nobis enim apud CONST. HARMENOPULUM *p*) in Promtuario Iuris, ἀληθευόντων quaedam, cui secundum

Cu-

*m*) VLPIANUS in fr. 21. §. ult. Qui testa-  
menta facere, et L. 21. et 28. C. de Tesa-

*o*) S. COCCII in jur. civ. controv. Tom.  
II. pag. 250. edit. 4tae.

*n*) Cf. Petill. HORPENERUS im theoret.  
practisch. Comment über die Heinece. Institut.

*p*) Περὶ τῶν Lib. I. tit. 9. 35. apud MEER-  
MANNUM in suppl. nov. thesauri,  
§. 444. not. I.

CUJACIUM q) duplex ineft notio. Denotare hanc ait primum, conventionem mutuae successionis a legibus reprobatam nisi inter committones in ipso procinctu r), denique mutuam plurium in iisdem tabulis institutionem.

Sed non habeo, cur amplius juri romano immorer, cum praxis hodierna indubitate, grande illud juris nostri suffulerum, sententiam meam foveat. Testamenti simulanei syrum testantur VIGLIUS ab AYTA s), PECKIUS t), CUJACIUS, VINNIUS, TEXTOR u), GAILLIUS v), COCCEJUS, STRYKIUS, w), LAUTERBACHIUS x), KORTHOLTIUS y), aliique.

### §. 8.

*Inquiritur in personam testatoris et heredis, et in revocandi licentiam.*

Non desunt, qui putent, hanc conjunctionem duorum testamentorum non nisi inter conjuges locum habere, nec ob aliam rationem, quam quia Valentianus in cit. Novella solis conjugibus id permisisse videatur z). Sufficiens autem mihi haecce ratio non videtur. Primum enim, qui rescriptum Valentianini perlegerit, hoc testandi genus non solis conjugibus permitti inveniet. Constat deinde inter omnes, omnia rescripta, quibus quoque repletus est Codex Iustinianus, normam constituere generaliter obligatoriam. Nec denique, quid sibi velint hoc rescriptum Valentianiani adducentes, video; hac lege enim non in foro a) probari potest, quinam gaudente testamentum simultaneum conficiendi facultate? sed tantum id, fuisse testandi hoc genus

q) In obseruat, Libr. XVI. obs. 39.

s) Cf. L. 19. C. de Faūis, et L. 4. C. de inut. flīp.

t) Viglius enim et Dissidentes reliqui secundum praxim rem alter fe habere, ipsi profinentur.

u) De Testam. conf. L. I. c. 19.

v) In Decis. Elecī. Palat., decis. 45.

w) In Obseruat., Libr. II. obs. 117.

x) In Traīt. de Cantelis Testam. cap. XXIV. §. 20.

z) In colleg. Theor. pr. ad Tit. qui test. fac. §. 55.

y) L. diff. §. 4. et 7., cf. OESINGER in tr. cit. th. 32.

z) Ita sentit ZACH, HUBER in Obs. rer. for. P. I. p. 347, et P. II. p. 53, cui adstipulatur EVERARD. OTTO in Comment. ad J. p. 250. n. 2. edit. HARPPRECHT.

a) Quem enim fugit, novellas Valentianini ill. in Corpus Iuris non receptas, in foro omni plane auctoritate esse defitutas.

genus Romanis solenne. Non itaque rei natura repugnat, forores vel fratres vel alios quoscunque uno eodemque actu hodie testari posse, quod etiam praeter HUBERUM *Filium* et OTTONEM nemo negat *b)*. Numerum usus non determinavit; hoc certum est, posse etiam tres et plures uno actu testari, v. c. iisdem in tabulis; modo tunc omnia observentur requisita. Subscribant nempe testes septem, sc a tribus illis testatoribus, quorum dispositiones iisdem in tabulis conscriptae sunt, tabulas has subscriptissime specialiter rogatos.

Saepius vero illi, qui testamentum simultaneum condunt, sese invicem quoque honorant; id autem non sicut ex notione simultanei. Hoc casu simultaneum est simul reciprocum vel correspondivum; sed datur procul dubio etiam *mera* simultaneum, quo nempe testator uterque suum peculiarem heredem, non alterum contestatorem honorat. Miror itaque V. CL., H. G. W. DANIELS *c)* dicentem, leges et usum obflare, quo minus sine heredis institutione mutua iisdem tabulis ultima voluntas duorum plurium comprehenduntur. Leges enim obstantes non adfunt, et usum *mera* simultanei attestantur HARPPRECHTUS *d)* et W. TEXTOR *e)*.

Restat, ut de revocatione testamenti simultanei licita vel illicita agam. Omnino illam esse licitam, ego contendeo. Nexus enim ille inter haec duo testamenta ex conjunctione ortus, naturam testamenti semper revocabilis non mutavit, sed utrique liberrimam revocandi facultatem servavit testatori. Inspicias tantum rationem, quae testatores movebat, vt uno actu testati sint; nulla alia erat, quam vt, quod fieri possit paucis, non debeat fieri pluribus, non autem, vt alterum vel se ipsum revocationis facultate privarent. Sunt praeterea semper duo testamenta, cum duo apparent testatores, hinc utrumque suis innititur viribus et suis quodque rumpitur viatis; et quisque suum cancellare, delere, inducere, non autem testamentum alterius revocare potest.

*b)* Cf. PECKIUS l. c. c. 19. n. 2. STRYK,  
LAUTERBACH, HARPPRECHT, HUBERUS Pater, *c)* In Dissert. de *SCto Liboniano, Bonnae*,  
BARDILI etc. loc. cit. *1791. §. 47. n. I.*  
*d)* *L. c. §. 31.*  
*e)* *Decis. cit. 45.*

## SECTIO SECUNDA.

## DE TESTAMENTO RECIPROCO.

## §. 9.

*Quomodo Testamentum reciprocum oriri queat?*

TESTAMENTUM RECIPROCUM f) est testamentum mutuum, quo duo testatores ob solam reciprocam amicitiam † in favorem alterius disponunt. Fieri hoc potest bifariam: 1) vel enim testator uterque alterum, 2) vel mutuo amore uterque alterius cognatos amicosve ad hereditatem vocat. Si prius, testamentum reciprocum habes in sensu eminentiori, de quo regulariter Doctores vtpote frequentissimo loquuntur. Fac autem testatores se se invicem legato vel quodam fideicommisso \*) tantum honorasse; habes codicillum g) reciprocum h). Si posterius, exstat testamentum reciprocum sensu minus proprio quia testatores se ipsos invicem non instituunt heredes. Hoc iterum duplex esse potest, prout testator uterque alterius testatoris cognatum vel amicum heredem instituit, vel ei legatum fideicommissum ve tantum relinquit.

Qualicunque autem modo testamentum oriatur reciprocum, semper illa duo testamenta separatis actibus testandi componuntur v. c. in diversis instrumentis, alias enim

f) Reciprocus significat 1) quod aliunde profectum eo relabitur, unde profectum est. Unde amnis reciprocus, mare reciprocum, reciproca Thetys 2) denotat etiam wechselnd, unde reciprocis epistolae, et reciproca substitutio apud MODESTINUM fr. 4. §. 1. de V. et P. S., occasio reciproc in D. unica In Codice occurrit poena reciproci pro poena talionis in L. 2. de exhib. et transmitt. res.

†) Cf. Decif. Hasso-Cassell. decif. 43. n. 23.

\*) Cf. FR. ESAL. DE PUFENDORF in Obs. §. un. T. I. obs. 144. et T. II. obs. 81.

g) GAJUS fr. 148. D. de V. S. quidem ait, hoc verbum semper proferri plurativo numero; sed tamen numeri singularis haud rara est occasio. Admoveo exemplis, quae adducuntur a BRISSONIO, OTTONE et JENICHENIO in Obs. ad LEYERUM p. 75. exempla duo, quae doctorum viro um nee non Jenichenii diligentiam effugerunt:

L. 3. C. de Codicillis

L. 8. C. Qui testim. facere p.

h) Cf. HUBER in Prael. §. c. p. 1270.

enim non *mere reciprocum*, sed simul *simultaneum* vocari debet. Frequentissima quidem hodie est *conjunctione testamenti reciprocis* in iisdem tabulis, sed nec *mere reciprocum* infrequens.

§. 10.

*Principiis Juris Romani haud adversatur.*

Invaluit apud multas gentes consuetudo indubitata, vt vel ob *confortium omnis vitae*, vel alias mutuas affectiones, vicissim duo pluresve heredes sese instituant. Morem hunc inter conjuges frequentissimum factum esse, intellectu haud difficile est, cum conjux heredem conjugi dignorem facile instituere non queat.

Nec unquam apud Romanos improbatae erant mutuae ob mutuas affectiones factae institutiones, eaque nec inter virum et vxorem, nec inter alios. Testes sunt ALCIATUS *i*), CONNANUS *k*), CUJACIUS *l*), BYNKERSHOEKIUS *m*). Quid? quod praesertim inter conjuges apud Romanos non solum admissas, sed etiam collaudatas fuisse, evincit CRELLIUS *n*). Nuda haec celebrinorum virorum assertio jam satis argumentorum continere videtur, quibus usus mutuarum institutionum apud Romanos demonstrari possit. Eorum argumenta sunt omnia ex Constitutione Valentiniana desumpta. Ego in pluribus argumentis eruendis periculum faciam.

*Natura rerum conditum est*, ait Polyhistor ULPIANUS, *ut plura sint negotia, quam vocabula o*). Huic fragmento ratio illa ineft, cur in Corpore Juris verba: *testamentum reciprocum, simultaneum, muruum, correspondivum*; plane non occurrant, cur itaque ab absentia vocabulorum conclusio ad negotiorum absentiam haud procedat. Permulti hac conclusione etiam quoad testamenta reciproca nostra uti vindentur; at eam summo studio evitandam, et potius ad negotia ipsa, an in Jure romano inveniantur vel ejus principiis faltem non adversentur, respiciendum esse credo.

C 2

§. 11.

- |  |   |
|--|---|
| <i>i) in Parerg. L. II. c. 31.</i>                   | <i>m) in Trañt, de capit. institutionibus.</i>  |
| <i>k) Comment. 3. civ. L. 10. c. 6. n. 6.</i>        | <i>n) in Obj. ad fr. 3. Si quis aliquem te-</i> |
| <i>l) Obj. 39. cit. et ad L. VI. Responf. Papin.</i> | <i>flari prohibuerit, th. 2.</i>                |
|  | <i>o) Fr. 4. de P. V.</i>                       |

## §. II.

## a. ob verba SCti de captatoriis institutionibus.

Variae et inumerae praesertim sub Caesaribus usque ad Hadrianum, erant artes nefandaeque machinationes hereditarum, quibus hereditates alienas venabantur et accupabantur <sup>p).</sup> Inter has veritatis eminebat ea; si herediteta testator suam hereditatem tanquam in hamo deferebat, ut alienam allectaret atque invitaret hoc modo: Quia ex parte T. me institueret, ex ea mihi heres esto. Hanc institutionem tanquam *captoriām* improbavit SCtum vice ab omnibus mutuis affectionibus alienam <sup>q),</sup> ita ut astum cum aquae in testamento militis <sup>r),</sup> ac in legatis <sup>s)</sup> nullius esse momenti fanciret. Non improbantur institutiones *mutuis affectionibus* factae, non eae, quae ex mutua utriusque testatoris benevolitia proveniunt, vel ex reciproca amicitia et grato utriusque partis animo <sup>t),</sup> sed eae, quarum conditio confertur ad secretum alienae voluntatis, hoc est, ad futurum alterius, nimurum ejus, qui captatur, testamentum veluti inescandum <sup>u);</sup> cuius collationis exempla habent JULIANUS <sup>v)</sup> et PAULLUS <sup>w).</sup>

Applicemus hoc SCtum ad doctrinam nostram de testamentis reciprocis. Dixi, testamenta reciproca semper ob solam reciprocā amicitiam consici <sup>x),</sup> eamque solam esse fundamentum ac basin mutuae utriusque testatoris benevolae dispositionis (<sup>y) 9.)</sup>; fatis clare ergo patet, testamenta reciproca non solum non adversari huic

SCto.

<sup>p)</sup> Novem artes recentet HORATIUS Libr. II. Satyr. 5. cf. B. ESTORIS Praefat. episcopalis HAMBERGERI praemissa, p. 49.

<sup>q)</sup> PAPINIANUS fr. 70. de Hered. instit.

<sup>r)</sup> L. XI. C. de testam. militis.

<sup>s)</sup> Fr. 64. de Legatis I.

<sup>t)</sup> C. V. BYNHERSHOEK I. c., A. AUGUSTINUS Libr. IV. Emendat. c. 15. in Theſ. OTTON. T. IV. p. 1547. A. VINNIUS in Iurispr. contraria L. I. c. 38. GR. MAJANSTIUS de SCto prohibente di/p. captat., in Disp. Iuris T. II. n. 2, REINOLDUS in Varis c. 8, edit. Zugler.

<sup>n)</sup> Ita haec verba eleganter interpretantur FR. BALDUINUS in Disp. I. ad Papinianum.

<sup>p)</sup> 319, in Iurispr. Rom. et Attica, T. I. p. 973, et EV. OTTO in Papiniano, c. V. p. 84.

<sup>v)</sup> Fr. I. de his quae pro non script.

<sup>w)</sup> Fr. 71. §. 1. de Hered. instit.

<sup>x)</sup> Semper hodie praetumi, ex mutua affectione plures se/s instituisse, non autem dum prae sumi nec fraudes, testantur De eius. Cuffell. Deej. XLIII. n. 21. et HARPA PRECHTUS I. c. §. 25.

71

SCto, sed omni potius ratione cum eo subsistere posse, taciteque tanquam institutiones mutuis affectionibus provocatas ab eo approbari. Quid? quod PAULLUS <sup>z)</sup> inquit: *Illae autem institutiones captatoriae non sunt; veluti si ira heredem quis instituat; Quia ex parte Titi me heredem instituit, ex ea parte (MAEVIVS) haeres esto; quia in praeteritum, non in futurum (non ad secreta alienae voluntatis) institutio collata est.* Cum autem plura MS. Mibi non Maevivus <sup>z)</sup> habeant, et ab aliis vocem Maevivus abesse testetur CHARONDAS <sup>a)</sup>, in utroque casu haec Paulli verba praebent exemplum expressum testamenti reciproci. Res ipsa itaque ibi adest, non autem vocabulum. Captatoriam institutionem eam ob causam non adest ait PAULLUS, quod non in futurum sed in praeteritum institutio collata sit. Cessat enim ratione mei omnis amor erga alterum, quando Titium in illum solummodo casum honoratum esse volo, si me instituerit heredem vel a se institutum ostenderit, et cessante hoc reciproco amore semper locus erit SCto.

Cave vero credas hoc SCto improbatas esse blanditas honestas, quibus unts alterius hereditatem meruit, vel illas novem artes heredipetarum Horati, vel sermonem illum maritalem, quo maritus blanditur vxori. Vetita est institutio captatoria ea, quae in futurum collata est, nec mutuis affectionibus sed dolo alterius suos debet natales; id quod etiam hodie, cum Ius romanum in complexu receptum sit, observari videmus <sup>b)</sup>.

#### §. 12.

b) ob L. 19. C. et Novellam 4. Valentiniani III. de Testamentis.

Constat inter omnes, Codicem Theodosianum summam Iuris romani Interpretibus praebere utilitatem, ex illoque uberrima adjumenta ad Codicem et reliquum ius Iustinianum peti, et denique lectionem Commentarii Gothofrediani ad Codicem Theodosianum esse optimam disciplinam; quorum omnium clarum se tibi offert

exem-

<sup>z)</sup> Fr. 71, pr. de Hered. instit.

<sup>a)</sup> in margine Corp. J. a se editi.

<sup>z)</sup> Cf. P. DUISSEMA in Conjectural. §. <sup>b)</sup> v. CRAMER in Wetzl. Nebenst. Th. civ. L. II. c. 7.

XII. N. 60 f.

exemplum, si Novellam Valentiniianeam cum Constitutione XIX. Imp. Honorii comparaveris. Ex hac comparatione enim appareat, utriusque constitutionis hypothesin esse mutuam conjugum inter se institutionem, seu ἀλληλεπινομιαν, in Novella Valentiniani expresse contentam, in L. 19. vero subintelligendam c); quam a conjugibus liberis delfitutis Principi in Consistorio insinuatam, junctisque precibus Principi oblatis insertam, citra omnem solennitatem, quia auribus Principis intimata erat, ratam firmamque esse ajunt Valentianus et Honorius, licet super hac ultima voluntate mutua non rescriperit d) Princeps, sed preces tantum admiserit, admissasque in scrinia ejus retulerit. Hanc esse genuinam\*) utriusque constitutionis sententiam, ex illius oppositione, legemque 19. convenire cum Novella Valentini. ex utriusque oppositione apparet.

*Imp. Honorius et Theodosius in Imp. Valentinianus et Theodosius  
L. 19. C. de Testamentis.*

*in Nov. IV. de Testam.*

Omnium testamentorum solennitatem superare videtur, quod insertum e) mera fide precibus inter tot nobiles probatas que personas etiam conscientiam principis tenet. Sieut f) ergo securus erit, qui actis cuiuscunq; judicis, aut municipum aut auribus privatorum mentis suae postremum publicavit judicium: ita nec de eius unquam successione tractabitur, qui

nobis

Jamdudum quidem Divus Avunculus noster, testamentorum compendia generali lege complexus g) — validissimam statuens voluntatem, cum de nostris altaribus conjuges petunt, vt deceendi prius succedat superficies. Sed quoniam Leonius vir spectabilis — nostram supplex maluit expectare sententiam: occasionem novandae legis amplectimur — vt sive inter se

con-

d) Cf. nota sequens h.

\*) BALSERUM miror explicatione Gothofrediana non utentem in *Libro singulari*, cuius titulus ita jacet: *de forma testamenti judicialis externa*, Giffae 1745, cum tamen ubique in lectione Gothofredi totus videatur.

e) Id est, institutionem precibus principi oblatis insertam citra omnem solennitatem.

f) Cf. verba Valentini: *Nam cum litterat — firmatur.*

g) His verbis respicit Valentinianus ad Legem Honorii, et ait: *Jamdudum quidem amplectimur*, Honorium jamdudum testamentorum compendia generali lege, XIX. nostra complexum esse.

nobis mediis, et toto iure (quod in nostris feriniis constitutum est) teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittemus, si rescripta nostra nibil de eadem voluntate b) responderint. Voluntates etenim hominum audire volumus, non jubere; ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium; cum hoc ipsum, quod per suppli- cationem nostris auribus intimatur, ita denuo firmum sit, si ultimum comprobetur, nec contra judicium suum defunctus postea venisse detegatur. —

coniugum, seu quorumcunque consensus, oblatis — precibus optaverit, morte praeventi heredem superfitem fieri oportere personam, hoc — ratum permaneat — licet nullum ex hac parte processerit responsum. Nam cum liceat cunctis — liceat municipalibus gestis judicia suprema componere, proculdubio manebit firmior haec voluntas, quae testimonio Principis i) et subscriptione conditoris firmatur:

et subscriptione conceditur k):

si tamen nullum defuncti posterius eius extabit arbitrium. LEONIUS vero et JUCUNDA vxor eius, vicissim caritate certarunt, vt fuis simili precibus jus poscerent liberorum, et propter incertum

fortis

Huius Iuris liberorum impetrati inter alia id commodum fuit, vt conjuges non tantum ex L. Papia caperent decimas ex suis testamentis, sed solidum potius. Cf. HEINECCIUS ad L. Iul. et P. P., L. II. c. 15. §. 8. et M. V. MAURUS de Iure liberorum per OTRONEM in Thes. 3. Rom. Tom. III. redivivus.

i) Cf. verba Honorii in L. 19. qui nobis mediis — succedit,

k) Intercalavi tres lectiones Codicis vetustissimi Ottobonianii, quae exstant apud J. CHPH, AMADUTIUM in Legg. Novel. V. Anecdot. Theodos. Iun. et Valent. III. etc. Romae 1767. p. 97., cuius operis splendidi et apud nos perrari inpectionem humanitati Viri Cl. Ph. FRID. WEIS acceptam fero.

h) Id est; nil ad huiusmodi mutuam institutionem conjugum precesque rescriperit. Duplici enim ratione conjugum testamento, qui liberos non habent, substitut: 1) si junctis precibus mutuam sui institutionem Principi in Consistorio insinuauerit, neque eas Princeps refutaverit: nam vt maxime super hoc non rescriperit Princeps, attamen hoc testamentum reciprocum sustinetur; quae est sententia legis 19. C. Iust. et Novellae Valent. 2) si communium liberorum jus conjuges rescripto Principi impetraverint. Cf. GOTHOFREDUS l. c.

Hoc Ius communium liberorum etiam vocatur foecunditatis privilegium, et vel nativum, si quis re-vera numero liberorum subnixus esset, vel dativum fuit, quod miseri desperatione liberorum non intervenientibus liberis, precibus a Principe impetrabant.

fortis humanae superflitem conjugem pre-  
carentur heredem: licet superfluo illud  
addentes, vt intestatae successionis jus ac  
licentiam fortirentur, cum hoc ipsum,  
quod serennitati nostrae preces pariter  
obtulerunt, sit testamenti ordo praecipuus.  
Praeterea sicut supplicationis conexa  
monstrant,

conexa monstrarunt,  
quamvis in unius chartae volumine su-  
prenum votis paribus condidere judicium  
VII. testium subscriptionibus robosum.  
Cui nos aeternam tribui firmatatem legis  
huius definitione censiimus.

*Censimus.*

Quoniam nec captatorium dici potest,  
cum duorum fuerit similis affectus et  
simplex religio testamenta contentum.

Patet ex his, praesertim inter coniuges, reciprocas institutiones apud Romanos  
haud fuisse incognitas.

§. 13.

c) ob exempla mortis causa donationum expressa, et HAR-  
MENOPULI verba.

Non occurunt quidem testamenta mutua, in specie reciproca supra a me ap-  
pellata, in Corpore Iuris nominetenus; species vero ultimaru voluntatum, nini-  
rum mortis causa donationes, expresse mutuae vocantur ab VLPIANO 1): —  
proinde rectissime dicitur, utrasque donationes valere, si forte invicem donatio-  
nibus

¶ Fr. 32. §. 14. de Don. i. V. et V.

nibus factis, simul deceperint: quia neuter alteri supervixit, — sed cum neuter alteri supervixerit, donationes mutuae valebunt, nam et circa mortis causa donationes mutuas, id erat consequens dicere. Alio loco MARCIANUS m) ita: Si qui invicem sibi mortis causa donaverunt, pariter deceperunt, neutrini heres reperer, quia neuter alteri supervixit. Idem juris est, si pariter maritus et vxor sibi donaverunt n).

Nec silentio praeterire possum, ex iis etiam, quae jam supra de HARMENOPULI ἀλλαγῶντες οὐσία tanquam mutua conjugum in iisdem tabulis institutione in medium protuli, tales mutuas institutiones apud Romanos in usu fuisse, omnino elucidere.

Sed haec sufficient de vestigiis mutuarum seu reciprocarum institutionum apud Romanos, quibus pro firmando nostro testamento reciproco et hoc accedit, quod nullibi Leges tale testamentum reprobent.

Quid dicam de praxi. Hanc enim servare testamenta reciproca, nemo est, qui nesciat.

### §. 14.

*Testamentum reciprocum etiam ex principiis Iuris Germanici non egreditur naturam ultimae voluntatis.*

Sunt quidam nimio Iuris patrii prae Iure romano amore abrepti, qui illud negotium, quo duo vicissim sese heredes instituunt, statim pro pacto successorio saltem tacito habendum esse autumant, inter quos primus est SCHILTERUS o), cui aduentiuntur STRYKIUS p), BRUNNEMANNUS et SCHAUMBURGIUS q). Tribuunt huic pacto tacito cum effectum, ut sine consensu alterius neuter ab hoc negotio rece.

m) Fr. 26. dō m. c. donationibus.

o) Prax. G. rom. Exerc. XXXIX, th. 57.

n) Loquitur haec lex generaliter de omnibus, qui invicem sibi mortis causa donaverunt, non de conjugibus tantum.

p) in Diff. laud. §. 74.

q) in Adnot. ad Struvium L. II. Tit. 20. aphor. 3.

D

recedere queat. Quam sententiam si amplectaris, profecto sequitur, ut hodie, quia de hereditate pacisci nobis licet, non detur testamentum *reciprocum*, non detur negotium, quo *testamento* duo sese heredes instituere valeant. Absonum enim est, unum idemque negotium partim ex Iure romano dijudicari, et tunc *testamentum* vocari, partim ex Iure Germanico, et tunc idem negotium considerari tanquam successorium r). Evidem haud diffiteor, negotium, licet habeat *testamenti* formam, interdum revera esse *pactum*, et negotium *pactum* interdum videri, nec aliud esse quam *testamentum*, modo tunc habeat requisita testamenti: semper autem id negotium, quo duo hereditatem sibi vicissim relinquunt, pro pacto esse habendum, nec unquam pro testamento, incongruum mihi videtur. Ego, ut ingenue, quid sentio, dicam, distinguo, vtrum illud negotium uno actu perficiatur, an separatis actibus.

I. Prioris casus hoc accipe exemplum. BALDUS SOCINUM heredem instituit, deinde SOCINUS separato actu BALDUM; uterque forma *testamenti* uitit. Quis unquam est, quin intelligat, ex utraque parte adesse *testamentum*, ergo *testamentum* *vere reciprocum*? Hoc enim solum factum, quod Socinus Baldum reciproce heredem instituerit, me judice non probat, intercessisse quoddam *pactum tacitum*, propterea quod fieri possit, Socinum prorsus ignorasse, a Baldo se heredem institutum esse.

II. Fac autem hanc hereditatis relictionem reciprocant uno actu factam esse coram VII. testibus, eorundemque subscriptionem et subscriptiōnem esse secutam. Hoc casu, quia facilius fieri potest, ut inspexerit uterque alterius dispositionem, facilius quoque *pactum* oritur, id est, facilius tunc unus colloquitur cum altero et coit de hereditate relinquenda; sed nec a re alienum nec impossibile est, utrumque disponentem ne cogitasce quidem, se velle cum altero pacisci. Quaeritur itaque, num hocce negotium, quo duo sibi invicem uno actu hereditatem relinquunt, et quidem coram VII. testibus, *pactum* sit, an *testamentum*?

a. Primum id certum est, ex forma negotii non semper valere conclusionem ad ejus indolem; hinc, ut accuratius loquar, negotium, quia coram VII. testibus

r) Meas habeo *Decis. Cassel. decis. 44. n. 22.*

stibus celebratum est, non statim esse testamentum. Sed ex forma negotii omnino oritur *praesumtio* pro illo negotio, cui talis forma praescripta est; quae *praesumtio* autem disponentium verbis, et aliis aliam mentem indicantibus circumstantiis removeri potest. *Praesumitur* itaque *testamentum reciprocum*, quotiescumque duo invicem sibi hereditatem reliquerunt in forma testamenti solennis.

b. Ad removendam vero hanc *praesumtionem* simpliciter requiruntur *expressa* disponentium verba, ex quibus luculenter satis apparet, se non testari sed pacisci voluisse. Huc imprimis pertinet, si verba habeamus expressa vel conjecturas urgentissimas, utrumque dispositusse *irrevocabiliter*; v. c. si ex parte ejus, cui aliquid relictum est, exstet *acceptatio*, vel si uterque disponentis *revocationi expressa*) renunciaverit. Si autem alteruter casus interveniat, totum negotium, licet vel maxime intercesserit forma testamenti solennis t) saepissime ex infictia partium adhibita, *pactum u*) esse contendendo, non *testamentum*, pactum successorum, non *testamentum reciprocum*.

c. Ad stipulari vero nunquam possum SCHILTERO afferenti, omni *testamento reciprocо inesse pactum de non mutando tacitum*. Nonne facile fieri potest, ut duo ob solam reciprocam amicitiam, uno testandi actu heredes se se insituant, nec iis in mentem veniat alterum obligandi aliqua voluntas, aut, si hanc cogitaverunt, eam expressis verbis non declaraverint? Argumentis SCHILTERUS aliisque his utuntur. i) Semper intentionem eorum, qui uno actu in forma testamenti sibi invicem hereditatem relinquunt, esse, alterum sibi obstringendi. Minime. Dijudicanda enim est intentio omnis ex natura negotii, quod celebrabatur, ita ut tamdiu in proposito casu *praesumatur*

D 2

testa-

s) Cf. LEYSER *Spec. XLIII. m. 6. 7.*, et in *Mantissa Opusc. IV. 12. §. 36.*

t) Cf. HOMMEL in *Rhaphod. quaeſt. ob. CCIII.*

u) Pari modo non *pactum*, sed credo adesse *testamentum reciprocum*, quotiescumque utraque pars expressis verbis sibi refer-

yavit a negotio celebrato recedendi facultatem, quod primo intuitu pactum successorum videtur, vel ob alia verba, vel ob formam, quam adhibuerunt; modo tunc requirita testamenti adfuerint. Egregia sunt, quae hac der leguntur im *Allg. Preuß. Gesetzbuch Th. I. Tit. 12. Abschn. 2. §. 635*, et *Th. II. Tit. I. Abs. 7. §. 94.*

testamentum, donec expressa verba contrarium evincant. Facile quidem effici potest, ut alia sit intentio disponentium, alia scribentis, sed conquerantur tunc de se ipsis. 2) Addunt, fuisse testamenta reciproca Romanis prorsus incognita, hinc ex solis Germanorum moribus dijudicanda, a quibus illa nunquam abhorruisse. Leve sane argumentum! Nego enim, testamenta reciproca tanquam institutiones mutuis affectionibus ortas et uno actu compositas Romanis prorsus fuisse incognitas. Nego etiam, e moribus Germanorum haec testamenta esse dijudicanda, cum constet, testandi consuetudinem demum ab introductione et receptione Iuris romani apud nos in confessum venisse <sup>v)</sup>; constet, nos cum eo vestigia reciprocarum institutionem Romana recepisse, nec itaque dubium sit, quin omnis res testamentaria ex Iure Romano sit derivanda, dijudicanda.

d. Quid vero tu, jam aliquis forsitan ex me quaeret, de eo negotio statues, quo duo coram II. vel III. testibus sibi invicem hereditatem relinquunt? Num pro pacto *prae sumendum* esse, an dices pro ultima voluntate? Pro pacto. A praesentia II. vel III. testium enim non valet conclusio ad testamenti praesentiam, quoniam multis locis ad valorem pacti requiritur praesentia II. testium. Per se autem intelligitur, hanc quoque prae sumptionem aliis circumstantis removeri posse, praesertim, quando utriusque disponenti, coram II. vel III. testibus testari, licitum est.

Subnixus his omnibus rationibus, duplarem hodie dari modum, quo duo sibi invicem bona relinquere possunt, contendo, pacto et testamento reciproco.

### §. 15.

<sup>v)</sup> Cf. J. G. HEINECCIUS *de testamentis. Iure Germ. art. limit. passim circumscripta Halae 1734* §. XI., J. H. BOEHMER *in Exerc. ad D. ex. IV. p. 876.* Virque Celeberrimus et ob innumera in me merita summo pietatis studio in aeternum mihi colendus J. FRID. RUNDE *in den Grundsatzen d. allg. deutsch. Privatrechts*, §. 678 et 679.

§. 15.

*A quibus, et quomodo testamentum componi queat reciprocum?*

Fundamentum omne omnis testamenti reciproci semper est amor reciprocus. Locus est huic reciproco amori imprimis inter conjuges, hinc etiam plerumque inter hos, ob societatem <sup>w)</sup> qua conjunguntur adstrictissimam, componuntur testamenta reciproca, et quidem plerumque uno actu testandi <sup>x)</sup>, v. c. in testamento sollempni coram VII. testibus. Non vero abhorret ab eorum indole, testamentum tale inter fratres, amicos, convictores aliosve conditum. Semper autem ad minimum requiruntur duo testatores, quo sensu duo quoque semper adsunt testamenta <sup>y)</sup>, licet simul unicus tantum adseruit actus testandi. Id per se patet, in testamento mere reciproco duplex judicem recipere honorarium <sup>z)</sup>, duplex, notarium <sup>z)</sup> duplēcēque gabellam, ubi haec exigitur, esse offerendam, et denique XIV. testes requiri <sup>a)</sup>.

Haec testamenta reciproca, si ad modum, quo conduntur, respicias, sunt ut alia testamenta, vel *publica*, quae Principis <sup>b)</sup> vel magistratus auctoritate nituntur, vel *privata*, quae iterum *solempnia*, et haec vel scripta <sup>f)</sup> vel nuncupativa, vel *mī-*  
*nus*

w) Quam MODESTINUS fr. I. de R. N. vocat divini et humani juris communicationem.

x) Quo casu non est mere reciprocum, sed quoque simultaneum.

y) Fratres BECMANNI in *Conf. et Decif.* P. I. p. 467, BERLICHUS *decif.* 92. n. 3. LEX-  
SERUS *Spec.* 359. m. 5. et multi alii.

z) Cf. D. MEVIUS P. IX. d. 148. n. 22.  
CHR. WILDVOGEL loc. cit. §. 6. CARPOVIUS  
P. III. conf. 7. def. 22. et M. G. WERNHER  
in *Lefliff. Commentarii*, in D. ad Tit. de in-  
justo rupto i. f. t. §. 10.

z) *Ordinatio sportul. Hasfiaca*  
n. 1749. §. 9, duplicare quidem hoc honora-

rium his vetat verbis: *Und soll von Testa-  
mentis reciprocis, welche zugleich abgesetzt  
werden, ein mehreres nicht genommen wer-  
den. Sed procul dubio ibi sermo est de resi-  
proco simultaneo, non de mere reciproco.*

a) de BERGER *Oecon. Iuris L. II. T. 2.*  
n. 3. et A. SPISIUS l. c. thesi 4.

b) L. 19. C. de *Testamentis*.

f) Scripta sunt holographa vel allegra-  
pha. Testamentum reciprocum *allegraphum*  
adest, si alius quicunque, vel alter testator  
ultimam voluntatem alterius conscripsit; hoc  
casu vero subscriptus alter, id, quod scripsit  
alter, convenire cum sua voluntate. arg. I. 4.  
C. de his qui sibi adscrib. cf. WILDVOGEL I.  
c. C. III. §. 2. et W. DANIELS I. c. §. 49.

*nus solennia esse possunt.* Dissentient HARPPRECHTUS *c)* et KORTHOLTIUS *d)* quoad testamentum reciprocum inter conjuges; hoc enim semper solenne sed *privilegium* nunquam esse dicunt, et, ut dicta probent, testamentum P. i. L. adducunt. Evidem haud affirmarem, testamentum reciprocum (bene tamen correspondivum) eo privilegiato modo, quo testamentum P. i. L. contentum est, consici posse, quia testamentum P. i. L. omnem institutionem extraneae nec privilegiatae personae, ergo nostro casu etiam conjugum respuit *e)*. Sed idem de reliquis testamentis privilegiatis contendere, rei naturae adversatur. Nonne testamenta reciproca a conjugibus bellicis periculis expositis, vel tempore pestis, vel ruri consici possunt? Habet testamenta reciproca inter conjuges et alios composita et quidem privilegiata. Quin etiam valet testamentum reciprocum iis privilegiis conditum, quibus gaudet testamentum in favorem heredum ab intestato confectum. Fac conjuges exclusis ab hereditate eorum cognatis successionis ab intestato capacibus, mere erga se invicem amicitia commotos, hos cognatos novis tabulis ad hereditatem vocasse; novum hoc testamentum, licet V. tantum testes fuerint adhibiti, omnino sustinetur.

### §. 16.

#### *An revocari possit testamentum reciprocum?*

Nunc me convertam ad illam quaestionem, omnium circa nostram doctrinam quae princeps est ac prima, ei videlicet: possitne testamentum reciprocum revocari? Omnes, quotquot evolvere mihi licuit, Doctores ita reliquis supercedent, vt in dum proposita explananda unice occupati et toti videantur. Simpliciter alii negant *f)*, affirmanit alii simpliciter. Hi omnes quandam ordinem non servant, casus plures non distin-

*c) l. c. n. 304.*

*d) l. c. §. VII.*

*e) Testam. p. i. l. eiusque a nuda divisione discrimen* nuper explicavit J. H. A. FRANKENFELD pecul. diss. Göt. 1792.

*f) His accensendi sunt omnes, qui, omni testamento reciproco pactum inesse, pro certo*

habent. STRYKUS l. c. §. 74, TITIUS in *Obij. ad Lauterb.* 866, 867., SCHAUMBURGIUS et SCHILTERUS locis cit., nec non WOLPMANNUS l. c. §. 20, vinculum semper mutuae obligationis, ante test. reciprocum tabulis quam infereretur, somnians. DIOCLETIANUS in L. 12. C. de poenis in consistorio dixit: *esse vanas voces non audiendas.*

distinguunt, et dum male distinguant, ita docent, ut ratio rationem trudat, sed haud raro incongrua congruam.

Ante dicere quam possum, cuinam sententiae et quatenus subscribam, omnes casus obvios secernam, certa, ut ita dicam, digestione absclisse tamen et in transcurso qualemque meam opinionem iis appositorum.

A. *Testator uterque abduc in vivis dedit.* Non refert hoc casu, utrum sermo fit de testamento reciproco sensu eminentiori (§. 9.) vel minus proprio.

I. Clara res est nec dubii aliquid alit, quando uterque consensu quasi mutuo recedit, cum omnis ultima voluntas ambulatoria sit usque ad mortem g).

II. Invita vero et inscia altera parte revocare testamentum reciprocum, hoecine licet? Omnino h). Cum enim illam praeumptionem (§. 14.) a forma negotii, quae testamentum adesse ostendit, desumtam nullis expressis expressum pactum de non revocando indicantibus verbis removerunt, negotium inter testatores actum *ultima voluntas* est; quas omnes unice ex Jure romano dijudicandas esse sanxit MAXIMILIANUS Imperator. Accedit et alia ratio, quae hanc revocandi potestatem tribuit, eamque invenies in illa ubique recepta praeumptione: plures hodie ex mera mutua affectione sese heredes scripsisse i). Jam si huic in dubio locus est, sequitur profecto, ut neuter alterum obligari voluerit, flare testamento suo, quoniam mero amore permotus in alterius favorem dispositus, et sic dispositusset, licet alter benevolam dispositionem nunquam confecisset. Id vero per se clarum est, quod per hanc unilateralē revocationem testamentum revocantis tantum, non alterius rumpatur testamentum k); enim duo ratione valoris apparent testamento.

#### Argu-

g) Fr. 4 de ad vel transf. leg. et fr. 17. eod. fr. 6. §. 2. de J. codicil. fr. 12. §. alt. de leg. I. fr. 22. de Leg. III. fr. 87. de Condit. et demonstr., et L. 1. C. de SS. eccl.

LERUM in obf. pr. §. 5., MÜLLERUM I. c. §. 12. et Decis. Haffo-Cassell., decis. 43. n. 24.

i) cf. §. XI. not. x.

h) Revocationem admittunt N. C. de LYNCKER in Respon. 37. MYNSINGERUS obf. I. n. 8, LEYSERUS et perill. PÜTTER loc. cit. et multi alii ibi adducti, quibus adde ZOL-

KERUM in obf. pr. §. 5., MÜLLERUM I. c. §. 12. et Decis. Haffo-Cassell., decis. 43. n. 24.

k) Non subscrivo STRYKIO I. c. dicentis, testamento ab uno sublatu alterius dispositio- nem simul evanescere. Concedo quoad test. corresp., de quo infra.

Argumenta contra sentientium levia sane sunt et exigua. Tacite pactos esse de non revocando testamento, dolose agere revocantem, alterum hac revocatione decipi, et denique apud nos leges romanæ testamentarias tanquam exorbitantes cum omni favore non esse receptas, dicunt. Credat haec omnia Judaeus Appella, non ego. Non enim ob solam eam rationem, quod alter in alterius favorem disponit, pactum tacitum adesse statim concludas. Nec agit dolose *l.*, qui revocat id, quod sui natura mutabile est. Cur alter pacto expresso sibi non prospexit!

Sed quaeritur de effectu adjectæ clausulæ derogatoriaæ? Constat inter omnes, huic clausulæ nullum effectum esse secundum Ius romanum, licet jurejurando confirmatae, constat, ex decretis Pontificum jusjurandum omne esse servandum, quod salva servari possit salute aeterna. Ast patria jura hic distinctionem locum habere me docent. Si adjicitur separatis actibus, locus est decisioni dudum notatae. Fac autem eam ab utroque disponente uno actu adjectam esse expressis verbis, tunc pacuum habes successorum, non testamentum (§. XI.)

### §. 17.

#### *Continuatio.*

B. *Vel alteruter mortem jam oppetiit.* Liceatne superstiti, testamentum suum revocare? Casus obvios fecernam.

I. *Vel uterque de suis propriis bonis tantum disposuit,* ita ut  
A. heredi neminem substituerit, et

a) *adixa*

1) Hoc affirmant KRESSIUS de aequitate, succ. conj. SPISIUS, STRYKIUS, WOLPMANUS ioe. citt., aliquique. Ego vero abesse omnem vafridem statuo. Gajus enim ait: *Nullus videtur dolo facere, qui jure suo Testamentum revocandi utitur, in fr. 55. de Reg. j.; VLPIANUS in fr. 145. eod. Nemo videatur fraudare eos, qui sciunt Testamentum revocari posse et consentiant (in con-* fectionem testamenti); PAULLUS fr. eod.: *Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.* Sed quia testamentum habemus, jus revocandi quoque adest, et nemo juribus et beneficiis a lege sibi concessis in dubio renunciaſe praefumitur. Conf. Chr. BREUNING diff. laud. §. 9. et 11. et CARPOVIVS P. III, C. 7. df. 21.

a) adita sit a superstite hereditas defuncti. Res est clara. Superstes enim post aditam hereditatem testamentum mortui morte confirmatum, plane non potest revocare, sed ex illo quasi contractu quaecunque ordinata sunt, ea omnia implere tenebitur.

Quod vero testamentum superstitis attinet, *destitutum m)* videtur, quoniam praemortuus in eo heres institutus ante ipsum testatorem e vita discessit; abscons itaque hoc casu est et incepta quaestio de illius revocatione; enim quod *destitutum* est, jam sine revocatione invalidum est, et superstes, nisi intestato decedere malit, nequit sane, quin novum novo testamento sibi scribat heredem.

b) Idem obtinet quoad legatum reciprocum, nam legatum praemortuo relictum *exirentium* est.

c) Quaeritur de testamento reciproco sensu minus proprio tali (§. 9.) *Pepo*, ex mera amicitia S. Iovonis amicum *Psellum*, heredem institutum, S. Ivo Peponis amicum *Azonem*, et mortuo Pepone ac hereditate a Psello adita, quaeritur, num Ivo testamentum suum revocare possit? Potest, quia testamentum *reciprocum* est, non posset, si *correspelivum* esset (§. 39).

b. Cum vero uterque heredi suo alterius cognatum vel alium substituerit

i. *fideicommissarie*, et adita sit hereditas a superstite;

a) testamentum *mortui* morte confirmatum n) nulla plane in re a superstite revocari potest; nam est fideicommissio gravatus superstes, sed in ipso suaem vitae quasi supremo articulo quartam Trebellii de jure detrahens.

b) Testamentum vero *superviventis* una cum fideicommissaria substitutione evanuit, cum fiduciarius, a quo bona pervenire debebant ad fideicommissarium, ante hunc excesserit e vivis. Nec dubium, quin novum testamentum a priori plane diversum, nisi intestato decedere malit, superstes condere queat. Secus ac in correspactivo (§. 38.).

2. Sia

m) Cf. HOMMELII *progr. cit. per totum.*

testamentum superstitis, per se patet. Diff. de LUDOLFF in *Syphor. C. et D.*, Tom. I. consil. XL.

n) Morte unius testatoris huius tantummodo confirmari testamentum, non autem

2. Sin autem *vulgariter* substitutus quis fuerit a

a) *praemortuo*. Effectum haec substitutio nullum fortita est, quippe quae in eum casum facta, si institutus heres non fiat; sed factus est.

b) *a superviventem*. Hujus testamentum vero substitutum non est o), quia heredi scripto praedefuncto alium substituit. Quae cum ita sint, non, ut in sub A. notato casu, novo testamento haud concesso decedit ab intestato superstitis; et nunc disputatione de revocatione testamenti superstitis locus est, quae posita est extra omnem aleam. Testamentum enim facienti libera conceditur revocandi facultas p). Nec quasi-contractus aditionis superstitem impedit, quo minus alium in alio testamento heredem scribat, quia de reciproco testamento loquimur, cuius fundamentum est amor reciprocus. Noluit enim defunctus obligare superstitem.

II. Fac autem testatorem utrumque, heredem in bonis *heredi* propriis onerasse legato vel fideicomisso, et adiisse superstitem mortui hereditatem;

a) testamentum *praedefuncti* ob aditionem a herede revocari non posse, dubio caret;

b) testamentum vero *superviventis* revocari quidem potest quoad dispositionem de bonis propriis a superviventem ipso factam, non vero quoad bona propria a *defuncto* fideicomisso gravata. Heres enim qui factus est, agnoscere et probare debet omnia, quae testator voluit.

§. 18.

o) Vides, nostram quoque doctrinam differentiae inter vulgarem et fideicommissariam substitutionem insigne praebere exemplum. Cf. Vlr. HUBERI *Prael. J. c.* pag. 1300.

p) Leges hanc facultatem concedentes sunt, vt *Theodosii in L. ult. C. de Tabular. fr. verbis utar, inexorabiles*. WOLPMANNUS l. c. p. 20. ait: testamentum reciprocum ratione *legatariorum* esse *testamentum, patrum ratione testantium*. Quid de hac opinione dicam, ego non habeo. Ita quoque sentio de SPISII (l. c.) verbis: *e contrariis inno-*

*minatis* omnem de testamenti reciprocis mutabilitate disputationem esse dijudicandam.

q) In medio positum est, omnes, quos honoravit testator, et onerari in rebus ipso-rummet *propriis* a testatore posse, si ferme de herede primo gradu scripto, substituto, legitimo, vel heredis herede (ir. 95. de V. S.) UPRAUDA noster in §. 4. *J. de leg.*, §. 1. *J. de sing. reb. p. s. rel.*, ULPIANUS fr. 74. pr. de leg. I. fr. 1. §. 6. et fr. 5. §. 1. de leg. III. AFRICANUS fr. 34. §. 1. et fr. 35. de V. et P. S. PAPINIANUS fr. 11. §. 5. et GAIUS fr.

79.

## §. 18.

## C o n c l u s i o .

Possem adhuc multas quaestiones in doctrina de testamentis reciprocis obvias proponere, propositisque, quid sentiam, subjecere, nisi cum instituti ratio tum prolixae aliorum lucubrations, vt ultimam huic rei admoveam manum, flagitarent. Possem de testamento reciproco inter conjuges <sup>r)</sup> agere fuisus, deque huius ratione et inde quoad communionem bonorum, portionem statutariam <sup>s)</sup>, divertii effectum; vel exponere, utrum in eo locus sit legi *Hac editali t)*, an exulet? Sed omisiss his omnibus, explicanda nunc est

## S E C T I O   T E R T I A .

## D E T E S T A M E N T O C O R R E S P E C T I V O .

## §. 19.

## Connexio et dicendorum ordo.

Duabus prioribus testamenti mutui speciebus expositis, testamento puta simulaneo et reciproco, jam ad tertiam speciem, ad testamentum correspondivum profiscimur. De hujus indeole in praesenti acturus, e re esse credo, demonstrare, quid fibi velit insueta haec et puritati et elegantiae latini sermonis repugnans vox; deinde explicare actus correspondivos, et denique omnes, quos inspicere mihi licuit, Scriptores

E 2

tores

79. ad L. *falcid.*, GORDIANUS *Imp. I.* 9. et  
DIOCLETIANUS *I.* 25. C. de *fideicommiss.*, et  
*Justinianus I.* 24. C. de *Legat.* Cf. F. Chph.  
HARPPREHTI *diss. Suprema Vbluntus de bo-*  
*nis heredis* §. 9. et STRUVIUS *in exerc. ad*  
*P. Libr. 35. th. 6.*

<sup>s)</sup> Cf. WOLPMANNUS §. II. STRYKIUS  
§. 28. J. H. BOEHMER *in Exercit. ad D. IV.*  
p. 884., BRUNNEMANNUS *in Decisionibus*  
*Cent. III. dec. 23.* et FR. OESINGER *loc. cit.*  
§. 28.

<sup>r)</sup> Conf. P. PECKII *Tr. de Testamentis*  
*conjugum* supra cit.

<sup>t)</sup> Vide BERGERUM *in Consilios, consil.*  
238.

tores ordine quodam chronologico rimari, ut statim scias, quinam primi inusitatam hanc vocem testamento applicarint. Reliquorum, quae tradam, ordo is erit, quem §. 2. proposui.

## §. 20.

*Actus correspективus.*

Vocabulum: *correspективus*, ita barbarum est ac inauditum, ut nullus Scriptor latinus illo utatur, veterum ICororum nullus, Belga nullus. Hos verbo abhorruisse credo. In corpore Iuris nostro plane non reperitur, sed quas huius habemus notiones, eas omnes opinioni et disputationibus Interpretum debemus. Tribuunt hoc verbum certis actibus *Baldus*, *Gratianus*, *Alexander*, *Bartolus*, *Decianus*, *Gravetta*, *Jaso*, *Corneus*, *Mantica*, *Narta*, *Tiraquellus*, *Giurba*, *VULTEJUS u.* Sed non eadem his actuum correspективorum est notio. Conveniunt in eo omnes, ut habeant tales actus semper quandam relationem inter se et respectum; dissentient autem in modo, quo inter plures actus respectus iste oriatur. Oriri dicunt ex eo, quod unus immediate fieret post alterum, vel quod uno eodemque loco vel momento perageretur, vel quod eodem die vel intra biduum celebrarentur actus duo. Alii et cum his plurimi Seculi XVI. et XVII. Interpretes in suppeditanda horum actuum notione respiciunt ad finem causamque, qua pars utraque communata actum talem confecerit, et actum correspективum appellant; qui sola contemplatione alterius actus factus sit, ita ut ratio cur sit celebratus alteruter, in sola alterius actus confectione effet posita; et haec notio digna est, quae retineatur, cum hoc sensu testamentum fiat correspективum.

Supponit

u) Res quidem erat plena molestiarum, nonnulla tantum nonnullorum scripta apud Harppr. §. 2. 3. citata perlustrandi; sed pretium tuli pro studio, lectione Confil. 19. et 42. Vol. IV. (rari) Conf. Marburg. HERMANNI VULTEJI, aeterni illius Hassiae nostrae ornamenti, qui vitae sanctimonia, morum

candore, juris et reliquarum disciplinarum peritia, consiliorum promptitudine, munerum dignitate et meritorum gloria

— tantum alios inter caput extulit omnes, quantum tenta solent inter viburna expessi.

Supponit itaque omnis actus correspективus duos agentes et duos actus, quorum quisque contemplatione alterius celebratus est; cuius reciprocae contemplationis autem effectus is est, vt, quatenus fieri possit, actus uterque vel valeat, vel destruatur, non autem, vt unus altero confirmato corrut, vel unus altero destructio effectum suum fortioriatur; et hac ratione hi duo actus unum negotium esse videntur. Ex his efficitur, vt hi actus correspективi non sint separata in Iure negotia, (quod, si supra citatos ICtos inspexeris, primo intuitu videtur) sed significant tantum certam qualitatem hanc ob rem cuidam actui propriam, quod contemplatione aliis ab alio celebrati ortus est.

Qualitas haec correspективi autem indita cogitari potest pacto et testamento, modo, quod per se intelligitur, habemus vel expressa verba, vel conjecturas urgentes, disponentem utrumque sola alterius actus contemplatione disposituisse ita, vt neuter sine alterius dispositione hoc modo disposituisset. Si pacto haec qualitas accedit, habes *pactum correspективum*, si testamento, *testamentum correspективum*. Sed, quod probe notandum erit, in utroque casu vera natura eius negotii, cui accedit haec qualitas, ratione facultatis ab eo recedendi, immutata manet ac illaesa. Pactum itaque, licet correspективum, tamen pactum, et testamentum, licet actus fiat correspективus, ultima tamen est voluntas.

Sed tu forsitan, omne pactum esse quoque actum correspективum, aies? Non videris laudandus quoad pacta (non loquor de pactis sensu strictiori) unilateralia, quia in his unus tantum praecipue apparet actus, v. c. in fidejussione actus intercessionis; nisi actum solius acceptationis separatum actum vocare malles. Inesse magis videtur haec qualitas pactis bilateralibus praesertim aequalibus hoc sensu; quia v. c. locator rem vel factum non promisisset, nisi conductor promisisset mercede, et vice versa; qua ratione utrumque actum promissionis in loc. cond. correspективum esse tu recte dicis. Ratione autem effectus his pactis non ineft qualitas correspективi, quia, si unus actum suum irritum reddere cupit, non ideo evertatur actus alterius, sed actio ex pacto in promptu est, qua cogimus illum, vt staret promissis. Sic etiam in E. venditione actus emtoris interdum subsistit, licet actus venditoris casu effectum fortiri haud possit, quia emtione perfecta, ad emtorem sine traditione flatim transit periculum.

Quibus

Quibus praemissis quaeritur, quonam casu pactum bilaterale aequale etiam ratione effectus correspondivum appellari queat? R., quando v. c. tempus adiectum est, intra quod vel pactum impleri debeat, vel, si alteruter non implevisset, negotium annuletur in totum. Fac unum non implevisse, liberatus est alter; pone implevisse unum, obligatus est alter; finge trunque intra statum tempus non implevisse, liberatur uterque. Est enim tale pactum aetius correspondivus.

### §. 21.

#### *Doctrinae de testamentis correspondivis historia usque ad HARPPRECHTUM.*

Proposui quadam de actibus correspondivis, quae tum ex ICTORUM libris tum ex rei natura haurire poteram, et quidem in applicatione ad pacta. Doctrinae de testamentis accommodare hanc indolem et vocem, me quidem judice ante finem SEC. XVI. et initium SEC. XVII. et speciatim ante FABRUM nemini in mentem venit. Proponebatur his temporibus ICTO Sebusiano A. Fabro haec species *v*): „conjuges unis iisdemque tabulis testati erant, vt ex liberis communibus quidam in bonis paternis omnibus soli succederent, alii non nisi in maternis“*x*). Utramque dispositionem conjunctam esse inter se, nec ideo valere vel corrumpere posse unam sine altera, putabat Faber, et, vt erat versatissimus in libris ICTORUM, usitata apud hos notione actuum correspondivorum huic testamento accommodata, dispositionem ipsam *testamentum correspondivum* appellabat.

Interim testamenta correspondiva magis volitare per ora virorum; commisceri tamen haud raro cum reciprocis. Ita peccat M. EERLICHUS *w*), de quo supra. Utitur quidem denominatione testamenti correspondivi G. FRANTZIUS *x*), in applicatione verum recedit a Fabro. Exemplum testamenti correspondivi proponit D. MEVIUS *y*), sed miror, eum, licet contemplationem illam inter haec duo testamenta intercedentem correspondivam vocaverit, testamentum ipsum appellasse *reciprocum*

*v*) in Cod. Fabriano L. VI. t. 5. d. 18  
et 19.

*w*) in Decis. aur. dec. 92.

*x*) in Var. Resolution. L. II. qu. II.  
n. 13. et 25.

*procum.* G. A. STRUVIUS *z)* tractat alium casum, quo coniuges sese heredes scriperant uno actu sub conditione de non revocando. His Struvii verbis MÜLLERUS *a)* addit: tunc testamentum esse correspективum, omniumque horum actuum naturam esse eam, ut sine altero unum nec consistat, nec tollatur cert. Si, quod ego sentiam, dicere fas est, concedo quidem, adesse actum correspективum, nego vero adesse *testamentum*, sed *paetus* esse concluso (*§. 14.*).

§. 22.

HARPPRECHTUS.

Inter omnes, qui doctrinae nostrae luminis aliquid accenderunt, F. CHPH. HARPPRECHT merito appellatur Scriptor Princeps; nam ex professo eam exposuit, Libello ipsi *b)*, quem et penu sua deprompsit et qui ad multas affligit paginas, inept, quod nemo diffitebitur, eruditio ita profunda, ut tumere ea videatur; sed desiderantur interdum brevitas et perpicuitas, cum ob periodos ad naufragia longas, tum ob interplicata ubique aliorum verba, intextasque theses fugitivas. Ordo ipse, quem in scribendo sequitur, incongruus mihi videtur, quia demum *§. 9.* definitur testamentum correspективum periculis fane et alienis verbis, et demum *§. 30.* exponitur id, quod interest inter hoc et similia testamenta, et denique quia disquisitionem de illorum revocatione per totum libellum eiusque ampliations copiosas dispergit. Ius romanum, huic repugnat testamentum correspективum, vel cum eo conveniat, brevissimis attingit.

§. 23.

HERTEL, KORTHOLT, perill. PÜTTER et *Decisiones Hasso-Cassellanae.*

Sequitur ordine chronologico, ut opinionem singularem adducam, J. FR. HERTEL *c)* iuris utriusque (subnigri sc. et albi) Doctor, *Thesaurus*, summusque in

EXCO-

*z)* In *Syntagm. §. c. Exerc. 32. th. 43.*

*c)* In *d. Juristisch. Streitfragen von d.*

*a)* ad *Struvium, not. d.*

*letzten Willensordn. Jena 1743;*

*b)* nimis dissertationi saepius laudatae,

excogitandis titulorum crepundiis et sine comparri artifex. Fabarum hic adustarum d) spiritu afflatus, cerebrinam esse inter testamenta reciproca et correspactiva esse distinctionem expuit. Supponam his verba ipsa B. KORTHOLTII e): „ — patet dispositionem reciprocam et correspactivam multis modis a se invicem differre, neque nisi ab imperitis, iura, quae in una specie obtinent, ad alteram extendi”. Paucissima sunt, quae Kortholtius sua commentatione, de testamentis correspactivis in medium profert, nec nova, sed plana sunt atque lecta. Pertinet huc quoque responsum per ill. PÜTTERI praestantissimum f), quo testamenta correspactiva nullatenus revocari posse contendit, quod tamen sub quadam tantum restrictione vernm esse §. 37. sq. demonstrabo.

Lucrum vero maxime arduum doctrina quaesivit nostra e duabus decisionibus g) celeberrimi supremi Tribunalis Hasso-Cassellani, quas profunde doctas bonis litteris et Hassiae meae emanatas edidit B. DE CANNGIESER, Tribunalis Supremi Praeses quondam Celeberrimus. Disquisitio princeps de testamenti correspactivi revocatione ipsis ibi rei argumentis explicatur, et accuratius evolvitur, et, quomodo praeprimis in nostra doctrina Germanorum principia secernenda sint a Romanis, demonstratur.

#### §. 24.

#### *Definitur testamentum correspactivum.*

Exempla eiusmodi testamentorum, quae nobis scripta citata, et, quod mihi contingit, a me quoque perfecta, suppeditant, si perlustraveris, testamentum correspactivum accurate et quidem sensu generali ita definiendum esse, nullo negotio deprehendes. Est testamentum mutuum, quo duo testatores, uterque in favorem alterius, et quidem ob solam alterius dispositionem de hereditate disponunt. Primum ut duo adsint testatores, requiratur, nam est species testamenti mutui, et sub hac voce semper cogitentur necesse est duo testamenta, et duo testatores. Deinde requiritur,

vt

d) Gout 45. aus der Coffe-Tasse.

e) cf. §. 7. commentationis, de divisione p. i. l. correspactiva.

f) In d. Rechtsfällen Th. 2. resp. 42.

n. 25.

g) Decisionibus 43. et 44.

ut in favorem alterius uterque testatus sit; quod fit 1) vel quando sese invicem heredes scribunt, vel sibi invicem fideicommissa legatave relinquunt; priori casu habes *testamentum correspективum sensu eminentiori*, altero *codicillum correspективum*; 2) vel si cognatos amicosve alterius uterque vel hereditis instituit, vel legatum iis fideicommissumve relinquit; *testamentum vel codicillum correspективum sensu minus proprio*. Denique ad rationem, quae testatores movit respiciendum, quae in testamento correspективo semper est sola alterius dispositio benevolia, quae est quoque unicus character, quo discernitur a reciproco. Uterque nimirum in alterius favorem non disposuerit, nisi alter quoque ordinasset suam voluntatem; adeo itaque praesumatio urgentissima, utriusque testatoris mentem fuisse eam, ut, quantum fieri potest, dispositio utraque vel valeat, vel utraque destruantur. Ex hoc mutuo respectu quoque efficitur, ut *testamentum correspективum actus correspективus vocari queat* (§. 20.). Quae apud Harpprechum exstat definitio testamenti correspективi, secundum dudum a me et ipso Harpprechto prolata, corrigenda est.

### §. 25.

#### *Convenit cum Iure Romano.*

a) *quia non incognitus erat apud Romanos nexus correspективus*

Satis quidem notum est, in corpore J. c. nullum actum, nullumque *testamentum nomine correspективi insigniri*; sed et certum est, idcirco non semper ita concludi posse, ut rem ipsam Romani penitus ignorarint, vel haec eorum adversetur principii. Quidquid in alteram partem nonnulli proferant, evincere ego potius studebo, testamenta correspactiva optime congruere cum Jure Romano.

Primum effectus nexus istius inter plures res vel negotia intercedentis, vi cuias unum valere nec destrui potest, nisi quoque alterum vel valeat, vel destruantur, Romanis non erat incognitus; id quod iam docet rei natura. Exempla huius nexus in legibus occurrentia passim adducuntur a nonnullis.

Eam esse naturam actuum correspективorum, ut uno cessante cesseret et alter, FORSTERUS b) ait, quod ut probet, affert l. f. C. de ind. vid. toll. et l. i. de cupres-

sis.

b) *de Succ. ab §. L.VII. c. 3.*

F

sis. Allegantur a FABRO i) l. 6, C. de P. i. E. et V., et fr. 7. §. ult. de reb. dub.,  
a MEVIO k) fr. 77. §. Titio de Leg. II. et fr. 12. ad l. falcid., a MÜLLERO l) fr.  
31. §. 1. de haered. instit., fr. 30. §. 2. et 31. §. 1. de ad. vel transf. leg., fr. 29.  
§. 1. de minorib., fr. 5. de rescind. vend. et fr. f. de acceptilatione. Inficiari non  
possunt citatis legibus nexus illius, quem vocant correspективum, contineri exempla,  
v. c. in l. 1. de cupressis. Quinque libris auri ibi multatur is, qui comparaverit ar-  
bores luci Daphnensis, ergo etiam multandus erat is, qui arbores tales vendere ausus  
fuerit. Quem porro fugit, inter causam institutionis et institutionem ipsam interce-  
dere nexus correspективum; cessante enim illa causa, cessat institutio ipsa. (l. pen.  
de imp. et al. subdit.). Ita SCAEVOLA respondit in fr. 30. de ad. vel fr. leg., adem-  
tum videri Titio enolumentum (legatum), quia Seja testatrix ei onus, nimurum  
ut corpus, si quid humanitus Sejae acciderit, curaret, ademerat; cuius rei innu-  
mera fere exempla occurrint in legibus nostris. Nec a pacis alienus erat nexus cor-  
respективus (§. 11.). Audiamus JAVOLENUM in fr. f. de acceptil.: Tu et ego con-  
traximus emendo vendendo, locando conducendo, et sic sunt mutuae obligationes.  
Res nondum intercessit, vel saltet ab alterutra parte. Ego ribi acceptum fero. Certe  
tu non solus liberaris, sed et ego liberor.

### §. 26.

b) quia non egreditur naturam ultimae voluntatis;

c) quoniam rationes decidendi, quibus in diiudicando testamento correspe-  
ctivo utimur, depromuntur ex Jure Romano.

Transitum facio ad secundum argumentum. Conveniunt testamenta correspективam  
cum iure romano, quia eorum indoles et natura sequitur naturam omnium ultimorum  
voluntatum. Fons enim est Jus romanum atque origo omnium testamento-  
rum, et constat inter omnes, haec omnia ex Jure romano esse diiudicanda; est ergo  
quoque fons testamentorum correspективorum. Oriuntur haec non aliter, quam si  
coniunxeris testamentum romanum cum nexu correspactivo romano.

Con-

i) in Cod. Fabr. l. c.

k) Parte V. d. 15.

l) ad Struvium l. c.

Congruunt, ut tertium afferam, cum iure romano, quoniam rationes decidendi omnes, quibus haec testamenta sustinentur, et quibus in iis dijudicandis utimur, principia sunt Juris romani. Assimilare testamenta correspactiva multis in rebus hereditatis-institutionibus sub modo vel quadam conditione, infra apparebit; nullus itaque dubito, quin tunc rei testamentariae principiis de modo vel conditione locus sit. Ita etiam, quo minus interdum haec testamenta revocari queant, nihil aliud impedit, quam principium Juris romani: post hereditatem aditam defuncti voluntatem legis instar esse servandam. Testamenta deinde iisdem modis, quibus reliqua, rumpuntur, irrita sunt, nulla, iniusta, iisdemque remedii afficiuntur.

§. 27.

*d) ob ipsam argumentorum dissentientium refutationem.*

Quamvis autem rationes allatae, quibus, ut probarem, haec testamenta congruere cum Jure romano, usus sum, me iudice sufficient, tamen arbitror, ex ipsa eorum, quae obstat videntur, remotione, ipsaque refutatione argumentorum, quibus res in ruto collocatam esse sibi persuadent dissentientes, sententiam meam eo magis reddi credibilem.

Obiiciunt. Nullum dari in corpore iuris testamenti nostri exemplum, ergo proscriptiendam esse e foro totam doctrinam. At quale argumentum! Quem enim praeteriit, dari sere infinitas res iuri conformes, quarum in iure Justiniane non ocurrunt exempla<sup>m</sup>). Testamenta correspactiva itaque, licet explicite absint a Jure romano, implicite tamen illi inesse contendō.

Aiunt. Secundum verba CAII n) testamentorum iura per se firma esse debere, non ex alieno pendere arbitrio. Videtur enim, ut infra docebo, interdum testamentum correspactivum certa ratione pendere ex alieno arbitrio, quia tum praeferunt alterum in effectum deducitur, si alterum quoque effectum sortitum est suum; videtur ergo quoque grave hanc ob rem mihi obstat argumentum. Ego vero his non moveor. Loquitur enim fr. Caii et similia de conditione *tertio* implenda, in

F 2

cuins

*m) cf. U. Huber. l. c. pag. 949.*

*n) in fr. 32. de hered. insit.*

cuius merum o) arbitrium heredis - institutio collata est, non autem de heredis - institutione in heredis arbitrium posita, quae in omni appareat testamento correspedito. Non valet illa institutio: *Quos Titius voluerit; nec illa: si Titius voluerit;* quia utraque in merum arbitrium tertii confertur. Utilis autem est institutio collata in tertii obliquam quasi et implicitam voluntatem, quae cum facto, quod alter suscepitur est, in sola eius potestate posito, a quo tanquam a conditione, institutionis pendeat eventus, coniuncta est; v. c. *Sempronius heres esto, si Titius in capitolium ascenderit p).* Cum itaque his locis sermo sit de heredis institutione in tertii arbitrium collata, in testamento correspedito autem uterque heredem suum legatarium vnde denominet ipse, nec vila hic mera tertii interveniat voluntas, sed heredis; quantum his everterint nostram sententiam, qui aliam fovent, facile deprehendis.

Obstare credunt verba ULPIANI q) et JULIANI r), quibus, testamenta ne ab alterius quam ipsius testatoris morte dependeant, prohibetur. Non puto. In testamento correspedito enim utraque voluntas eodem modo morte ipsius testatoris confirmatur, ac in aliis testamentis; confirmata haec autem voluntas eo reddit, vt, quatenus fieri possit, utraque voluntas vel in effectum dedueatur, vel destruatur. Accedit, quod si quis sub conditione arbitraria institutus fuerit, vel sub conditione in quandam casum vel in factum tertii collata, in utroque casu pendeat institutio a morte heredis vel tertii, et nihilominus utilem esse eam, testis est POMPONIUS s). Exemplis his uitit: *S. heres esto, si T. consul factus fuerit; vel si L. in capitolium adscenderit.*

Refugiant denique ad SCrum de capt inst., sed asylum illis non praebet. Quāvis ego lubenter sententiae perill. HOEPFNERI t), doctrinam de captoriis institutionibus multis adhuc tricis dubiisque esse repletam, subscriberem; id tamen constat, talem institutionem supponere fraudes vel dolum, qui vero nec in testamento correspedito nec in aliis testamentis

o) cf. CHR. FRID. GLÜCK, §is 3 et 4. commentary, quam sic inscripsit: *Innocentius III; in Opusc. in idem.*

p) fr. 68. de hered. instit.

p) fr. 1. Qui testam. facere.

r) fr. 28. de V. et P. S.

s) fr. 23, et 68. de hered. instit.

t) In Theor. pr. Comment. über die Hein.

§. p. 459. ed. 2dae.

flamentis praesumitur. E contra militat hodie semper praesumtio pro amore vel amicitia.

### §. 28.

e) et denique ob Juris nostri analogiam.

Ingridimur denique eum locum, ut, quam maxime convenientia testamenta correspedita cum Juris nostri analogia †), brevibus persequamur. Primum ad sunt textus notissimi, qui, ultimas voluntates leges instar esse servandas, et crudele impiumque esse negligere eas, sanciunt. Vertitur autem totius testamenti correspeditivi cardo in eo, ut expressam vel habeamus praesumtam utriusque testatoris voluntati, dispositionem utramquereddi debere vel validam vel invalidam, quia ob. solam hanc rationem uterique dispositi. Assimilant deinde testamenta correspeditiva institutionibus, quibus lex, conditio, modus, vel adiecta est causa finalis, quam maxime; sed quem fugit, talem institutionem esse validissimam, moremque tali legi vel modo esse gerendum.

In praxi nostram doctrinam esse receptam, supervacaneum duco probare, qui scio, id iam ex iis, quae leguntur apud Harppr. et Dec. Caff., esse apertum.

### §. 29.

*Voluntas sit correspeditiva.*

i. expresse, declarata,

Depositis iis omnibus, que concernunt personam testatoris modumque, quo confici possunt nostra testamenta, (qui enim perlegerit ea, quae supra Sect. 1 et 2. de persona et modo proposui, nullo negotio ea ad nostra testamenta applicare poterit) ad ipsam testamenti correspeditivi naturam et indeolem proficiemur. Haec his absolutum inter duas dispositiones mutuus quidem respectus mutuaque connexio ita comparata, ut unius fundamentum sit alterius atque basis, et utraeque dispositiones in ipsa sua constitutione ita a se invicem dependeant, ut quilibet omnino dispositurus fuisset aliter, nisi ad alterius dispositionem animum intendisset et considera-

tio-

†) cf. Decis. Hassf. Caff. d. 43. n. 40.

tionem. Hic mutuus respectus autem nunquam praesumitur, sed vt adesse eum dicere valeas, requiritur, vt habetas rationes easque gravissimas, id est, vt testator vterque vel *expresse* voluntatem correspiciat vel declaraverit *tacite u.*

Expresse declarata est primum 1) per clausulam adiectam; quod in casum, si unus voluntatem revocaverit, etiam alterius voluntas pro revocata haberi debeat. Fac PLOTIANAM v) JUVENTUM CELSUM, quocum literarum commercium habuisse dicitur, ad haereditatem vocasse, et vice versa Juventum Plotianam instituisse uno eodemque actu testandi, et quidem sub praedicta clausula. Habes testamentum correspiciatum expressum simultaneum. Cave autem credas, huic testamento ob hanc clausulam inesse quoddam pactum de non revocando (§. 14.). Revocationi enim nec Plotiana renunciavit nec Celsus, sed utriusque libera reservata est facultas revocandi, adiectis his: ut si alteruter hac facultate a sua voluntate recedendi usus fuerit, tunc etiam alterius voluntas pro revocata haberi debeat.

### §. 30.

2) Exstat deinde testamentum correspiciatum expressum; si quis filio suo instituto, alias cuiuscunque filium ea lege substituat, si etiam huic instituto substitutus fuerit filius suus w). Hujus testamenti ego, vt misceam dulce, exemplum hoc praebeo. IOANNES ANDREAE, ICtus Bononiensis filiae suae in Jure versatissimae Bettinae institutae, privignam NOVELLAM ICtam ea lege substitut, si MILANCIA vxor x) Novellae, quam instituit, privignam filiam Bettinam quoque in suis tabulis substituerit. Fac Milanciam simili lege de suis ordinassis. Voluntatem habemus, ob legem illam adiectam, correspiciat expressam. Sin enim nec Milancia

ad

w) cf. KORTHOLTII l. c. §. 4., HARPERIUS l. c. §. 9. et 20., et N. CHR. DE LYNCKER *Respon.* 37. n. 23., ubi tamen male putat, non adiectum testamentum corr., nisi semper expresse adiectum fuerit, quod corruente uno alterum quoque corruere debeat, v) fr. 12. de *fr. codicilli.*

w) Cf. Harppr. l. c. §. 20. et PEREGRI-

NUS de fideicommissis art. 33. n. 60.

x) Quam dominam suam vocat IOANNES ad c. 16. X de *praeb.* et *dign.* et c. 54. de R. *fr. in Vito.* quam in rebus arduis confulere soleret; de qua et filiabus eius cf. B. NETTELEBLADTI *Init. hist. litter. iurid.* p. 180. ed. 2dae.

ad alterius dispositionem respexisset, nec Ioannes, profecto legem illam expresse non adiecerent.

### §. 31.

3) Porro hoc referri debet; quando mutuae institutioni praecedat pactum expressum, ut alter alterum testamento heredem instituere debeat. Exemplum testamenti correspondivi expressi, quo clarius nullum. CUIACIUS et DUARENUS sibi invicem hereditatem relinquere cupientes, quo se vertant, haerent, pactone an testamento solenni hereditatem relinquere consultius sit. Dum sic fluctuant animo convenienter inter se, quod in forma testamenti solennis hereditatis relatio haec mutua fieri debeat. Fac utrumque testamentis diversis, diversisque actibus restandi, alterum instituisse. Negotium, quod *pactum* ab initio videbatur non autem *pacto* sed *testamento solenni* consummatum, testamentum <sup>y)</sup> est, et quidem correspondivum. Voluntarem enim correspondivam pacto declararunt, quod certissime non iniissent, nisi utriusque mens fuisset, alterum instituendi ob solum ab altero pari modo testamentum conficiendum.

### §. 32.

Exemplis his, quibus testamentum correspondivum expressum adeat, tria adhuc alia superaddit HARPPRECHTUS §. 20. diss. suaes, ad quem vero B. Lectorem, cum, quid ego illis addam, non deprehendam, remitto.

### §. 33.

#### 2) vel tacite.

Jam dictum satis de voluntate correspondiva expressa. Cum vero in interpretanda ultima voluntate non ad expressa tantum verba respiciendum, verum etiam ad ea, unde mens tacita testatoris appareat, ad haec quoque in exponenda quaestione, an habeamus testamentum correspondivum? animum attendere tu debes. Cave autem, alias quam coniecturas urgentissimas admittas.

His

y) Cf. per illi. PÜTERUS l. c. n. II.

## His adnumerantur

1) primum: quando, quod maxime frequens est, praesertim inter coniuges, duo testatores bona tanquam commixta, sibi invicem et post utriusque mortem eorum consanguineis relinquant ita, vt hi tunc haec bona omnia pro aequalibus inter se dividere debeant partibus, nulla habita ratione, quidve consanguineus quilibet sine hoc testamento maternorum vel paternorum poscere posset. Ex quo efficitur, vt, cum ex divisione omnium bonorum inter consanguineos pro aequalibus partibus, bonorum que commixtione appareat conjectura urgentissima, utrumque respectu dispositionis alterius testatum esse, ergo aliter dispositiſſe, nisi ad alterius dispositionem respexiſſer, habeas *testamentum corresponditum tacitum*. Explicarunt hanc speciem ICTI TÜBINGENSES <sup>z)</sup>, FAEER <sup>a)</sup>, MEVIUS <sup>b)</sup>, TEXTOR <sup>c)</sup>, LEYSER <sup>d)</sup>, et STRUBEN <sup>e)</sup>. Sed nescio qui factum sit, vt, si a ICTIS Tüb. et Fabro discesseris, hoc *testamentum reciprocum*, non autem *corresponditum* appellaverint. Praefantissimam sane huius testamenti corr. taciti expositionem vides in *Decis. H. Cassell. f)*. Casus is erat. Marius uxorem ex eaque suscepit filiam nec non priviganam suam heredes scriperat ex aſſe ita, vt uxor superles ad dies vitae bonis omnibus uteretur frueretur, post mortem uxorū autem filia coheres utraque bona omnia dividere inter ſe, et neutra paternorum quid separatum poſſere deberet. Uxor mariū filiasque primi et secundi thori iſtituerat sub eadem conditione. Praeterea testator uterque disposuerat, vt filia primi thori, si viro collocaretur, ex utriusque testatoris bonis do- tem haberet, vt eam secundi thori filia iam acceperat; et denique vt filia onere im- poſito non contenta, praeter legitimam conſequeretur nihil. Cum enim confusum factum effet, dum nulla prævia inventarii confectione ad secunda transire propera- verat uxor, utriusque coniugis patrimonium, verebantur testatores, vt hanc ob con- fusionem separatio maternorum a paternis fieri queat, filiasque in paterno et materno acquis partibus iſtituebant. Quaenam itaque est conjectura urgentissima, utrumque mutuo

<sup>a)</sup> in *Conf. Tüb. Vol. 3. Conf. 44. n. 87.*  
<sup>b)</sup> et 45. n. 8., adde *Harppr. I. c. §. 21.*

<sup>c)</sup> in *Medit. ad D. Sp. 359. m. 5. et 449.*  
<sup>d)</sup> m. 8. 9. 10.

<sup>e)</sup> *Loc. cit.*

<sup>f)</sup> *In d. Rechtl. Bed. Th. IV. B. 196.*

<sup>g)</sup> *Parte 5. dec. 5.*

<sup>h)</sup> *Decis. XLIII.*

<sup>i)</sup> *in Decis. elect. palatin. d. 45. n. 4 et 5.*

mutuo respectu ad alterius dispositionem disposuisset? Nulla alia quam commixtio paternorum et maternorum, et utriusque dispositio omni ratione consona.

Ob similem commixtionem utriusque patrimonii, species quae in *Decis. H. Caff. XLIV.* explicatur, testamentum corr. tacitum dici debet. Maritus ibi uxorem, et uxor maritum heredem ex aſſe instituerat hoc modo, vt, licet alteruter postea ad secunda transfret, reddere tamen nihil deberet. Praeterea caverant, vt, si conjux novo coniugio non conjunctus diem obiret supremum, totum utriusque patrimonium commixtum pro dimidia parte cederet cognatis mariti, pro altera cognatis uxoris.

Egregie pro more suo perill. PÜTTERUS <sup>g)</sup> parem casum eodem modo explicavit; vbi Bergheimerus quidam Uſſebornus uxorem heredem scriperat, et uxor maritum, et de eorum bonis ita disposuerant: „daß nach des lezlebenden Tode „ihr fämtliches Vermögen, also daß kein Unterschied unter dem Vermögen sein „des Mannes, oder ihr des Weibes gemacht werde, unter ihre beyderseitige nächste Verwandte in ſieben gleiche Theile getheilt werden folle“.

His propositis testamentis autem permiscenda non sunt ea testamenta, quibus conjux uterque post utriusque mortem cognatos suos in suo patrimonio heredes instituit. Testamentum enim eo non fit correspективum; uterque enim suos in suis omnino instituisset, licet alter pari modo non disposuisset.

Nec adesse testamentum correspективum affirmare tu poteris, si conjuges dixerint: „wir setzen uns und nach dem Tode unsre Verwandte zu Erben ein“. Id enim, vt TEXTOR <sup>h)</sup> optime ait, intelligitur sensu disjuncto, ita vt maritus suos cognatos in suis bonis, uxor suos in suis, non vero maritus cognatos uxoris, nec uxor cognatos mariti instituisse censeantur; quia cognati mariti sunt affines uxoris, et cognati uxoris affines sunt mariti.

### §. 34.

2) Progdior ad secundum casum, quo adesse conjecturam urgentissimam, compoſuſſe testatores testamentum correspективum, dicendum est; nimurum quando conjuſges

<sup>g)</sup> Loc. cit.

<sup>h)</sup> *Decis. cit. XLIV. n. 5.*

judges liberos communes ad hereditatem vocant, filios vero ad paternam, ad maternam filias (§. 22.) Fac ANDREAM TIRQUELLUM, quem singulis annis librum, singulis annis gnatum edidisse ferunt i), in testamento simultaneo cum uxore condito, filios ad paterna, uxorem vero vocasse ad materna filias. Videmus mutuum istum respectum tacite esse declaratum. Quis enim crederet, Tiraquellum filias ita odio habuisse, vt eas a suo patrimonio prorsus voluisse esse exclusos, nisi filias ab uxore honorari vidisset? Quis similia intuitu filiorum adscriberet uxori? k).

3) Tacitum porro adest testamentum corr.; si testamentum unius absque altero subsistere sive effectum suum fortiri, ne quidem pro parte possit. PINELLUS l) majoratum a conjugibus constitutum esse refert, cui haecce qualitas erat indita.

### §. 35.

4) Testamentis corr. tacitis denique hoc adnumeratur; quando evidenter apparet, utrumque testatorem ideo instituisse alterum, vt ab altero institueretur. Facillime commisceatur haec species cum testamento reciproco; quod ne fiat, ratio, quae testatores ad instituendum movebat, inspicienda est. Si alterutro ab altero jam instituto ille sola ex ea ratione, vt gratum se praebaret, hunc quoque instituit, reciprocum est; quia, qui primus alterum instituerat, hunc instituisset, licet gratum animum alter non ostendisset. Sin autem ex ipsa institutionis praefatione, aliisve testatorum verbis vel conjecturis elucet, utrumque alterum instituisse eam e rationem, vt pariter ab altero institueretur, correspondivum habes. Simile videtur hoc testamentum ei, de quo §. 31. egī; differunt in eo, quod ibi mutuus respectus expresse per pactum, hic autem tacite declaretur per testamentum. Propositi testamenti hunc mihi excogitavi exemplum. Cuidam Juveni a fortuna derelicto, bona, quibus nūdinarī possit, largiri cupiunt duo mercatores, aequē liberis ac procreandi spe

i) Bis quindecim librorum et liberorum parens  
Facundus, foecundus, aquae Tiraquellus amator;  
Qui nisi reflinxisset aquis abflemius ignes,  
Impleisset orbem prole animi atque corporis.

k) Cf. Faber et Harppr. loc. citt. l) in Selett. J. interpr. L. I. c. 10. §. 6.

spe destituti, vetuli, haud festiarii; et jam largiti essent, nisi ad mortem usque retinere ea vellent. Bona autem unius non sufficere ad hunc finem obtinendum, non nescit mercator uterque. Hoc statu rerum testamentis separato actu conditis, uterque alterum heredem scribit fere ita: „Seze N. N. zum Erben ein; denn wenn jeder den andern zum Erben einsetzt, so wird unser bisher gemeinschaftlich geäußerte Wille, dem jungen Mercurius Unterstürzung bey einer anzulegenden Handlung zu verschaffen, leichter erreicht werden können, weil eines Vermögen zu gering ist. Ich babe das Zutrauen zu N. N., daß er mir durch eine ähnliche Einsetzung in Erreichung unseres Endzweckes beförderlich seyn wird“. Quis autem correspективam esse hanc heredis institutionem negabit! Certe uterque alterum non institutisset, nisi exploratum habuisset, heredem suum Mercurio bona quoque propria mediante tali institutione relieturum. Captatoriam illam institutionem non esse, cum fraus omnis absit et vafrities, quis est, quin intelligat?

### §. 36.

#### *Agitur de confirmatione testamenti correspективi*

Non flagitat instituti ratio, vt omnibus illis modis immorer, quibus omnia testamenta infirmantur, vt nulla, injusta, irrita, rupta fieri, ea induci, deleri, amitti, et cancellari posse prolix exponam. Deprehenditur enim peculiaris quidam modus, foli testamento correspективo proprius; et de hoc solo mihi sermo erit. Consistit proprius iste modus in *alius testamenti confirmatione*. Comprehendit nimurum omne testamentum correspективum duo testamenta ita connexa, vt confirmato alterutro alterum quoque pro confirmato habendum sit. Quaeritur autem quanam peculiare illud nitatur ratione? Profecto aliam rationem afferre non possum, quam ipsam correspективi disponentium mentem expresse vel tacite declaratam: non ita dispositurum fuisse alterutrum, nisi alter quoque eodem modo dispositus sit. Verum enim vero si hoc certum est, procul dubio ex eo efficitur, vt constet quoque de expressa vel tacita voluntate, quod, quatenus fieri potest, neuter suam dispositionem nec validam reddi velit nec infirmatam, nisi quoque altera vel valida reddatur vel infirmata. Id autem sic intelligitur, vt altera dispositio infirmetur, *quatenus correspективi sit*; ergo si tantum quoad heredis institutionem alterutra dispositio corre-

specifica sit et evertatur, altera, tantum quoad heredis institutionem; non vero infirmatur quoad legata fideicommissive.

§. 37.

*Speciatim de illius revocatione.*

Eminet inter modos omnes, quibus ex causa superveniente testamenta correspondiva effectu carent, cum in frequentia, tum in pondere, eorum revocatio. Cum enim ea discriminis inter testamenta correspondiva et reciproca exemplum haud tenue contineatur, et saepius per revocationem unius altera quoque dispositio tacite revocetur; *an et quatenus revocari queat testamentum correspondivum, et quales ex unius revocatione orientur effectus?* non inconcina est quaesito nec inutilis. Ante autem quam ad hanc questionem accurate respondeam et distinctor, id monendum putavi; omne, quod de revocatione simplici verbali realive valet, etiam valere de revocatione qualificata.

A. Testator uterque vitam adhuc colit, et unus dispositionem suam correspondivam revocare conatur.

Mea sic est ratio; utrumque testatorem vel inscia altera parte vel conscientia, testamentum suum revocare posse m), quia id, quod actum est, naturam habet ultimae voluntatis ambulatoriae, et quoniam haec natura eo, quod confecerint testamentum correspondivum, nulla plane in re mutata est (§. 20. 29.). Duplicem enim naturam continet omne testamentum correspondivum, alteram ultimae voluntatis, alteram actus correspondivi; utraque autem sic comparata est, ut cum altera optime subsistere queat. Quae cum ita sint, nullum dubium exstat, quin effectus naturae ultimae voluntatis existere possit, per naturam actus correspondivi vero nulla in re impeditus. Haec enim

m) Revocationem licete fieri putant FABER l. c., et in *Erroribus pragm. L. II. err. 5.*, FRANTZIUS l. c., HARPPRECHTUS, KORTHOLTIUS, *Decis. Caffell.*, loc. citt.,

et perill. CLAPROTH in der *Abhandl. von Taflam. p. 164.* Contrarium tuerit perill. PÜTTER l. c. n. 25.

enim natura actus correspœctivi per supra deducta (§. 20.) minime restringit facultatem recessendi ab eo testamento, cui accessit, sed tantum concernit effectum revocationis ab alterutro factæ. Neuter testator, testamentum correspœctivum condendo, revocationi renunciavit. Affirmare quidem student multi, inesse tali testamento paœtum tacitum de non revocando, cuius sententiae antesignanus est SCHILTERUS. Sed ignoscant Manes Schilteriani, si iterata nunc vice a B. Viro divortium facere cogor. Argumenta hoc pertinentia alio loco (§. 14. et 16.) proposui, quo b. Lectores, ne repetitionibus fatigentur, alegatos volo.

Restat, vt de effectu revocationis ab alterutro

1. *in scia* altera parte factæ, agam. Effectus iste, de quo vero revocans conqueri non potest, quia ipse illi praebuit ansam, eoredit, vt alterius quoque dispositio in favorem revocantis confecta pro tacite revocata habenda sit; nam haec est indoles testamenti correspœctivi, vt revocato uno alterum quoque pro tacite revocato habeatur, secus ac in reciproco (§. 16.). Forsan tu ex me quaeres, quaenam sit hujus effectus ratio? R., ipsa expressa vel praesumpta utriusque testatoris voluntas. Quicunque enim aliter omnino dispositusset, nisi ita quoque alias quidam testatus esset, is profecto aliud ultima voluntate revocata suam dispositionem non potest velle esse valitaram. Assimilare testamenta correspœctiva institutionibus sub conditione §. 26 et 28. proposui; in his autem valent verba MODESTINI, quem differentem inducam: — *in defectu conditionis de admitione hereditatis cogitasse intelligitur testator n.* Id addere licet, doli mali exceptionem, quae obstat iis, qui contra voluntatem defuncti quidquam ex testamento petunt <sup>a)</sup>, obstat quoque illi, qui contra hereditatis petitionem instituit, licet sciat, se defuncto inscio testamentum revocasse suum.

2) Sed si *sciente* altera parte ab altera revocatum sit testamentum suum, num et tunc locus erit praedicto effectui, num et tunc sciens tacite revocavit suum? *Antecessor Tübingensis p.* distinguendo respondet. Vel inter tempus, ex quo revocatione

<sup>a)</sup> fr. 27. i. f. de cond. insit.

<sup>b)</sup> fr. 3. §. f. et 22. de ad. vel transf. leg., cf. HARPPR. l. c. §. 53.

<sup>c)</sup> L. c. §. 42.

vocatio ab altero facta scienti innotuit, et mortem scientis longum intercedit tempus, vel breve; si prius, locus est illi effectui; minime, si posteriorius. Ego autem hoc casu plane cessare illum effectum puto, cum, quid sit breve tempus longumve? res sit determinata difficultissima. Effectus iste solummodo habendus est pro remedio, quo securus reddatur inscius contra alterius licitam inconstantiam; quo remedio autem non indiget is, qui cognitam habet alterius revocationem; potius tunc expresse declarare potest, quali in posterum statu futura sit dispositio sua; quod si non fecerit, ex abundantia affectionis erga revocantem, cum sua dispositione decedere maluisse praesumitur.

## §. 38.

## Continuatio.

B. Vel alteruter jam in libitinæ rationem venit.

Testamentum *præmortui* morte confirmatum est. Sed quaeritur, num *superfliti*, testamentum correspективum revocare, integrum sit? Iam supra §. 24, dictum est, *rō* correspективē testari variis modis fieri posse; ego itaque in explicanda quæstione proposita ad hos respiciam, et, vt ordine procedam;

I. Primum mihi sermo erit de eo casu, quo testatores se invicem correspективē honorarunt ita,

A. ut se invicem heredes instituerint (habemus itaque testamentum correspективum sensu eminentiori, quia ipsa heredis institutio correspactiva est)

I. nullis legatis vel fideicommissis oneratos, nullaque adjecta substitutione.

Testamentum superflitis, herede ante testatorem mortuo, *desitutum* est ac evanescit; hoc casu itaque in revocandi licentiam inquirere absorum est (§. 17). Licet enim vel maxime superstes defuncti haereditatem adierit, hoc tamen, quo minus novum novo testamento sibi scribat heredem, impedimento non erit; enim per superflitem non stat *q*), quo minus jam sine revocatione per ipsum defuncti obitum, omni effectu desitueretur testamentum suum.

2. Fac

*q*) Cf. verba *Imp. ANTONINI in L. I. C. de his quas sub modo*

2. Fac autem utrumque testatorem heredi suo (alteri testatori) quendam huius cognatum vel amicum correspективo substituisse, vel utrumque legatis alterum fidei-commisive onerasse, et superstitem defuncti hereditatem adiisse. Incipiam a *substitutione*, et quidem

a. *vulgaris praemortuo facia.* Hereditate ab instituto adita substitutione vulgaris a defuncto facta, effectum nullum fortita est, quippe quae in eum casum facta, si institutus heres non fiat; sed factus est. Quæritur vero, utrum *super-vivens*, cuius testamentum ob vulgarem in eo contentam substitutionem substitutum non est, ex additione hereditatis in testamento correspективo defuncti relictæ teneatur,flare suo testamento ita, vt neminem alium, heredem in suis bonis institueret queat, quam substitutum? Nullus dubito. Loquor enim de testamento correspективo, quod non patitur, vt corruat alterutra dispositio, si altera jam valida sit redditia. Licet quidem superstiti post hereditatem aditam lucra in testamento suo propriis cognatis suis assignata adimere *r).* non autem ea, quae cognatis amicisve defuncti assignavit. Sed quam ob causam? Quia dispositiones correspективae dispositionibus sub modo vel conditione apprime assimilant (*§. 26. 28. 37.*) Uterque enim alteri lucrum assignat sub hac expresa vel tacita conditione, nisi revocaverit *s)* ea, quae alteri vel ejus cognatis assignavit. Nonne autem superstes hanc defuncti voluntatem aperte violaret, si, cum ipse lucra ex dispositione defuncti jam percepérerit, cognato defuncti in suo testamento *praemortuo* substituto, bona sua adimere non erubesceret *t).* Sub hac enim conditione, ne hoc faciat, superstes bona defuncti accepit; hereditate itaque adita, hanc conditionem implere debet superstes, ergo huic amplius non integrum est, revocare id, quod ordinaverat.

### §. 39.

*r)* Conf. Decis. Haff.-Cass. XLIV. per totum.

*s)* Cf. Decis. H., C. XLIII, n. 30.

*t)* Ait in L. un. C. §. 4. de Caduc. toll. UPRAUDA noster; non ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit.

## §. 39.

b) Quid autem statuendum, si habemus fideicommissariam cognati substitutionem ab utroque correspектив factam, vel heredem legaris fideicommissive oneratum, et aditam esse hereditatem a superstite? Num revocare hic potest ultimam voluntatem suam de propriis suis bonis in favorem cognatorum defuncti compositam? Non potest. Sed contrarium tueri tu videris, quia testamentum superstitis procul dubio deficitum esse, ergo quoad omnia capita corrui, etiam quoad legata et fideicommissa cum universalia tum particularia, pro comperto est. Evidem non infitior, testamentum superstitis esse destitutum; nam ante ipsum testatorem fiduciarius, a quo bona pervenire debebant ad legatarios fideicommissarios, fato defunctus est. Nego autem conclusionem, hanc ob rem superstitem recedere a sua voluntate posse. Non enim ex testamento correspектив suo desstituto, verum ex voluntate testatoris per aditionem agnita u), obstrictus est superstes, ad servanda ea, que cognatis defuncti reliquerat. Nulla vero alia est haec voluntas defuncti, qui correspектив testatus est, quam, ut confirmata sua voluntate correspектив, alterius, nimurum superstitis quoque voluntas, quatenus fieri possit, confirmaretur et servaretur, quoniam solummodo in hunc casum honoravit superstitem praemortuus. Simulac itaque hanc voluntatem agnovit superstes, et lura a defuncto sibi et cognatis suis assignata accepit, procul dubio ex ipsa hac voluntatis agnitione et hereditatis aditione obligatus est, ad honorandum eum, quo non honorato defunctus in favorem superstitis nunquam dispositisset. Accedit, quod bona propria superstitis considerari possint tanquam legatum vel fideicommissum rei heredis propriae v) (§. 17.), quia in testamento correspектив uterque de alterius bonis vel saltem tacite disponere videtur w). Sed quem fugit,

heredem

v) Quod BERGERUS in Oecon. J. L. II. tit. IV. §. 22. n. 4., licet de testamento reciprocum verba faciat, primus observasse videatur, cuius sententiae album ut vocante calcum apponit per ill. PÜTERUS l. c. n. 28., in diadicando testam. correspектив. Initia omnium sunt obseruationes loculenta in Decis. Hasso-Cassellanus 43. et 44. conspicuae, quibus post hereditatem aditam te-

stamenta correspектив revocari non posse, egregie demonstratur.

v) cf. Decis. H.-Cass. 43. n. 55.

w) cf. Dec. H.-C. cit. n. 55. Stat quoque pro hac sententia accutissimus Batavus IOANNES VOETIUS in Commentario, quo Diogenes adornavit, ad tit. de inj. rupt. irrit. fall. test. §. II., et B. HOMMELIUS in Rhapsod. Quæsti., obs. CCXVII.

heredem in rebus propriis legato vel fideicommissio onerari posse, et si oneratus fuerit, ex aditione ad ea praestanda teneri:

B. Transeo ad illum casum, quo testatores sese invicem non heredes scripserunt, sed sibi vicissim tantum legatum vel fideicommissum reliquerunt; sermo mihi itaque est de codicillo correspективo (§. 24.). Fac uno mortuo et hereditate adita, superstitem accepisse legatum; debeatne hic legatum heredi suo impositum relinquere immutatum? Non videtur. Legatum enim mortuo praestandum *extinctum* est, et stetit per ipsum legatarium defunctum, quo minus huic, hereditate superstitis adita, legatum praestare queat heres.

II. Restat, vt de revocatione *testamenti correspективi sensu minus proprio* talis (§. 24.) haec saltem verba faciam, vt ob easdem sub a. et b. dudum a me prolatas rationes, hoc quoque, quia utrumque testamentum, *correspективum* est, revocari nequeat. Exemplum eiusmodi testamenti habes, dummodo in exemplo testamenti reciprocis *sensu minus proprio* talis §. 17. sub littera c. a me proposito demissis verbis „*ex mera amicitia*”, scripseris, „*ob solam Iovis dispositionem*”.

#### §. 40.

*Eorum, quae de testamentis correspективis leguntur in Corpore Fridericiano, expositio brevis.*

Hariolabar ego, cum primum ad conscribendam dissertationem meas animum adpellerem, fore, vt in *Corpore Fridericiano*, nobilissimo hoc instituto, quo arti legitimae lucem affusam esse, inter omnes constat, deprehenderentur, quae facerent ad doctrinam de testamentis correspективis. Nec spes me fecellit. Occurrunt enim in Opere peregregio a), huius doctrinas principia perspicua lectaque, et inter

ca

a) Im *Allgemeinen Gesetzb. für Th. I. Tit. 12. Abschn. I.* §. 614-616, et *Th. die Preussif. Staaten.* Berlin 1792, *II. Tit. I. A. 7.* §. 481-494.

ea quaedam prorsus singularia, ideoque dignissima, quae huic Sectioni tertiae subiicerem, ordine quodam systematico tradarem, explicarem.

Definiuntur ibi b) testamenta correspactiva hoc modo: „Wechselseitige Testamente sind, wodurch einer den andern in Rücksicht der von diesem geschehenen Erbeseinszierung zu seinem Erben erneunt“. Ad intelligendam hanc sum notandum est, Corpus Fridericianum non agnoscere discrimen, quod ex principiis praeceos fere generalis inter testamenta simultanea, reciproca et correspactiva intercedere, supra demonstрави, sed utramque potius indelem, nimirum testamenti simultanei et correspactivi, uni genere testamentorum adscribere nomine der wechselseitigen Testamente. Semper itaque hoc nomine indicatur testamentum, quod correspactivum est et simultaneum. De correspactivo enim ibi sermonem esse, verba: in Rücksicht cet., satis demonstrant. Ne autem deesset explicatio huius positionis: duos sese in Rücksicht auf des andern Erbeseinszierung oder Verfügungen, invicem honorasse, alio loco c) sanctum legimus, hoc apparere „aus der Fassung oder den Umständen“ quibus coniecturis accensetur d) wenn von solchen Verordnungen des Ueberlebenden die Rede ist, welche zum Besten der gemeinschaftlichen Kinder oder der Verwandten oder Freunde des Erstverstorbenen abzielen“ (§. 33.). Ad essentiam negotii porro requiritur e), vt partes non expresse renunciaverint revocationi: Wechselseitige Testamente, worin beyde Theile sich des Widerrufs ausdrücklich begeben haben, sind als Erbverträge anzusehn“ (§. 14.). et vice versa: „Haben f) beyde Theile sich die Befugniß, nach Gutfinden von dem Erbvertrage abzugehn, vorbehalten, so wird das Geschäft nur als ein Testament angesehn“.

Quod ad subiectum, singulare quoddam occurrit, nimirum vt testandi hoc genus solis tori comparibus permittitur. Cur autem alii, lecti foedere non sociati, acentur a facultate, de bonis suis correspactive et revocabiliter disponendi? „Nur

Ehe-

v) Th. I. §. 614.

e) Ibid. §. 494.

x) Th. II. §. 492.

f) Th. I. A. 2. §. 635.

d) Th. II. §. 493.

Eheleuten ist es erlaubt, wechselseitige Testamente über ihren Nachlass zu errichten g)".

Si respicias ad modum, quo componenda sunt, ordinantur haec; nimirum 1) seq. §o. „Um Betrug und Ueberlistung zu vermeiden, sollen nur solche als wechselseitig gelten, welche in einem Instrumente errichtet worden“. His verbis alludit Legislator ad captatorias institutiones, vafratice et fraudibus elicitas. Omnino difficilius captatur alteruter, si unis iisdemque tabulis haec testamenta conficienda sunt. 2) „Wenn zwey Personen einander in verschiedenen Instrumenten zum Erben einsetzen, ohne dass die eine der Einsetzungen auf die andere sich bezieht, so ist jede dieser Verordnungen ein für sich bestehendes Testament h)". Fac autem respicere alterum ad alterum, valeatne als ein wechselseitiges Testament? Obstat §. 483. 3) Sind dergleichen Testamente von keyden Theilen unterschrieben, und dem Gerichte übergeben worden; so kommt es nicht darauf an, wer den Auffsatz selbst gefertige habe i)".

Infirmari ait Llator haec testamenta, divortio, et revocatione ab uno facta. „Wenn die Ehe unter den wechselseitig restirenden Eheleuten durch Scheidung getrennt worden, so verliert das ganze wechselseitige Testament von selbst seine Gültigkeit k)". Secundum Jus commune accedit, necessitate, expressa revocatio. „Dergleichen l) wechselseitige Testamente, werden schon durch den Widerruf eines der Ehegatten vernichter". Vides, testamenta haec eandem habere indolem, qua testamenta correspactiva ex principio J. communis praedita sunt (§ 36.) „Hat jedoch der andere Ehegatte weder seines Orts ausdrücklich widerrufen, noch eine andere letztwillige Verordnung errichtet, so bestehen diejenigen Vermächtnisse, welche er in dem wechselseitigen Testamente andern als solchen Personen, die bloß mit den Widerrufenden als Verwandte oder Freunde verbunden sind, ausgesetzt hat". Id est; testamentum infirmatur, quatenus correspactivum est (§ 36.). „Bloße Änderungen und

g) Th. II. §. 482.

k) Th. II. §. 489

h) Th. I. §. 616.

l) Ibid. §. 485.

i) Ph. II. §. 484.

m) Ib. §. 486.

und Zusätze bey Vermächtnissen und ähnlichen Verfügungen würken niemals die Vernichtung des gegenseitigen Testaments n)<sup>o</sup>. Secundum J. commune, si quis in testamento suo correspondit in odium alterius aliquid mutaverit, alterius dispositio corruit, quia sub hac expressa vel tacita conditione, ne hoc faciat, honoratus est. „Sie sind aber ungültig (diese Änderungen), in so fern sie einseitig gemacht worden, und zum Nachtheil des überlebenden Ehegatten abzielen o)<sup>p</sup>. Secundum J. commune valent, sed censetur alterius quoque dispositio pro revocata vel mutata. „Auch nach dem Tode des einen Ehegatten hat der überlebende die Wahl, ob er die Erbschaft aus dem Testamente antreten oder auszuschlagen wolle p)<sup>q</sup>. „Nimmt er die Erbschaft an, so kann er auch von seinen eigenen Verordnungen nicht wieder abgeben q)<sup>r</sup>. Haec lex non abhorret ab iis, quae §. 39. exposui.

n) Th. II. §. 487.

o) Ib. §. 488.

p) Ib. §. 490.

q) Ib. §. 492.

Marburg, Diss., 1789/1800

ULB Halle  
003 550 265


3



f

56.





DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UG<sup>R</sup>ALIS IURIDICA  
DE  
NATURA ET INDOLE  
TESTAMENTI CORRESP<sup>E</sup>CTIVI.

1793,2  
19

QUAM  
ADIECTA EXPOSITIONE EORUM,

QUAE HAC DE RE LEGUNTUR

IN CORPORE FRIDERICIANO,

SUB AUSPICII

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

# GUILIELMI IX.

HASSIAE LANDGRAVII REL.

ILLUSTRIS FACULTATIS IURIDICAE  
INDVLTU

PRO RITE CAPESSENDIS SUMMIS IN UTROQUE  
IURE HONORIBUS

AD DIEM XIX. OCTOB. CLOCCXIII.

PUBLIC E DEFENDET

A U C T O R

HENR. LUDOV. CHRIST. BOETTGER,  
CASSELLIS - HASSUS.

*defensamque Celeberrimo et Consultissimo Auflandio offers.*

MARBURGI CATTORUM

TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

